NEDL TRANSFER
HN 1LT2 7

KD 1065


Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

IOANNIS STEPHANI PVTTERI
I. V. D. REGI A CONSIL. IVST. INT. ET IVRIS
PVBLICI IN GEORGIA AVGVSTA
PROFESSORIS ORDINARII
SOCIETATIS REGIAE SCIENTIARVM
BEROLINENSIS SODALIS

PRIMAE LINEAE
IVRIS PRIVATI PRINCIPVM
SPECIATIM GERMANIAE.



EDITIO III. PASSIM EMENDATIOR.

GOETTINGAE
SVMTIBVS VANDENHOECK ET RVPRECHT
1789.

Digitized by Google

KD 1065

HARVARD COLLEGE LIBRARY
BY EXCHANGE
17 JUN 1933

Digitized by Google

CONSPECTVS.

Prolegomena.

Sect. I. de *notione* et *fontibus* iuris priuati principum, ſpeciatim Germaniae, p. 1.

Sect. II. *Notitia litteraria* iuris priuati principum, eiusque methodus, p. 11.

Lib. I. de *ſucceſſione* familiarum Germaniae illuſtrium, p. 15.

Cap. I. de ſucceſſione ſemper *a primo adquirente* repetenda, et de *legibus ſucceſſionis* familiarum Germaniae illuſtrium, p. 15.

Cap. II. de *marium prae feminis* in ſucceſſione illuſtrium *praerogatiua*, p. 27.

Cap. III. de iis, *qui a ſucceſſione excluduntur*, p. 36.

Cap. IV. de ordine ſuccedendi admiſſa *diuiſione*, p. 69.

Cap. V. de ordine ſuccedendi ex *maioratu* et *primogenitura*, p. 85.

Cap. VI. de *compoſita* complurium familiarum *ſucceſſione hodierna*, p. 101.

Cap. VII. de *ſucceſſione feminarum* illuſtrium poſt exſtinctam ſtirpem maſculam, p. 103.

Cap.

Digitized by Google

Cap. VII. de *ſucceſſione in terris gentis exſtinctae*, non ſuperſtite aut ſucceſſionis incapace ſtirpe feminea, p. 108.

Cap. IX. de ſucceſſione *adſcendentium* et *cognatorum*, p. 112.

Cap. X. De *obligatione ſucceſſoris* ex factis anteceſſoris, p. 114.

Lib. II. de *reliquis* principum *priuatis iuribus*, p. 118.

Cap. I. de iuribus et obligationibus *coniugum et parentum* illuſtrium, p. 118.

Cap. II. de *tutela* illuſtrium, p. 128.

Cap. III. de *teſtamentis*, *pactis*, *delictis cauſisque iudiciariis* illuſtrium, p. 136.

Pro-

Digitized by Google

PROLEGOMENA.

Sect. I.

DE NOTIONE ET FONTIBVS IVRIS PRIVATI PRINCIPVM, SPEÇIATIM GERMANIAE.

§. 1.

Ex iure publico vniuerſali intelligitur, in liberis *rebuspublicis*, ſiue democraticis, ſiue ariſtocraticis, totum populum ſupremumue ſenatum quidem independentem eſſe; ſingulos vero ciues ſenatoresue eſſe ſubditos, eosque propterea in negotiis, quae cum aliis ciuibus communia iis ſunt, ſeu, quod idem eſt, in rebus priuatis nihil diuerſi habere a reliquis ciuibus. *In monarchiis* autem vnica ſolius *principis perſona* eſt plane *independens*, legibus quidem fundamentalibus, at non aeque ciuilibus adſtricta (a); eatenus omnino *in ſtatu naturali* viuens, nullo niſi iure naturae, et diuino, ſi quod fidei

1) Ius priuatum principum tantum ſpectat ad monarchias;

Digitized by Google

eius conuenit, in rebus ſuis priuatis tenetur.

(a) Sane ſuis ipſius *legibus*, quippe non animo ſe ipſum ſed ſubditos obligandi latis, recte *ſolutus* eſſe *princeps* dicitur, L. 31. *D. de legibus;* ſaltem quatenus quaeſtio eſt de *obligatione* principi in ſua ipſius familia negotiisque priuatis imponenda, velvti ex quo fonte fluunt L. 34. pr. C. *de donation.* et L. 14. §. 1. D. *de manumiſſ.* licet omnino fas ſit etiam principi, legum normas ſequi, quando agitur de *iure* principi ex negotio priuati adquirendo. Quare et princeps merito admittit inofficioſi querelam L. 8. §. 2. D. *de inoff. teſt.*, legemque Falcidiam in relictis ſibi legatis, L. 4. C. *ad leg. Falcid.*, nec acceptat quidquam ex teſtamento ſollennitatibus iuris ciuilis deſtituto, §. vlt. Inſt. *quib. mod. teſt. infirm.*, L. 3. C *de teſtam.* Aut plane ſi princeps *tamquam poſſeſſor rerum priuatarum* negotia cum ſuis ipſius ciuibus celebrat, iisdem merito cum illis vtitur iuribus, niſi qua ſingularis forte fiſco legibus conceſſa ſit praerogatiua; alias enim et *fiſcum* iure priuato vti recte ſtatuitur. Et hoc quidem ſenſu multoque magis, quod ad leges fundamentales attinet, recte L. 4. C. *de legibus:* „Digna, inquit, vox eſt maieſtate regnantis, *legi*-„*bus obligatum* ſe *principem* profiteri.„ Conf. Grotius *de iure belli et pacis* lib. 2. cap. 4. not. 12., Hahn *ad Weſenbec. de LL.* n. 7. p. 75. Voet *in comm. ad D.* lib. 1. tit. 3. §. 15. vol. 1. p. 17. ſq.

§. 2.

Digitized by Google

§. 2.

et principatus ſubordinatos, vel vti in primis familias Germaniae illuſtres,

Quidquid legibus cuiusque regni fundamentalibus ſeu obſeruantia eius ſpeciali circa iura et obligationes principis in rebus eius etiam priuatis definitur; id partem *iuris publici* eiusdem regni efficit. Quumque in reliquis ſoli iuri naturali aut diuino locus ſit; non datur commune *poſitiuum ius priuatum principum independentium*, niſi quatenus nonnulla eius capita communi quodam et reciproco vſu inter principes Europae obſeruari ſolent, perinde circiter, ac datur ius gentium Europaearum practicum, quod vocant. Solummodo *ſubordinati principes*, quales in regnis compoſitis aliaue ratione ſubordinatis principatibus cogitari poſſunt, lege etiam ciuili a ſuperiore lata ſtringuntur. Eaque ratione ſpeciatim *Germaniae* electores, principes, comites, dynaſtae, vt et nobiles immediati, eorumque familiae, quas communi *familiarum Germaniae illuſtrium* nomine comprehendere ſolemus, a iure ciuili priuato non ſunt exemtae. Reſpectu enim caeſaris et imperii quum ſubditi ſint, in eorum quoque priuatis negotiis quaelibet iura Germaniae communia cum domeſtica tum peregrina ſuo non ſunt valore deſtituta; licet vel maxime ipſi principes noſtri in condendis legi-

Digitized by Google

bus imperii ſuis ſuffragiis vtantur, ipſique plane in ſuis ditionibus leges ab illis diuerſas condere poſſint.

§. 3.

quatenus alio quam ſolo totius Germaniae iure communi vtuntur.

Enimuero *iura* Germaniae *communia* intelliguntur, quae omnibus Germaniae ciuibus conueniunt, quibusque iccirco tunc demum locus eſt, quando haud alia qualitate, quam in genere ſolum tamquam ciuis Germaniae, quis conſideratur (a). Alioquin haud impedit iurium communium vſus, quo minus aliud quoddam *ius particulare* ſeu *ſpeciale* palmam iis praeripiat (b). Quodſi enim non tamquam ciuis modo totius Germaniae, ſed ſpeciatim tamquam ciuis huius illiusue territorii vrbisue aut pagi quis conſideratur; tunc prae communi Germaniae iure omnino praeualent *iura prouincialia* ſeu *ſtatutaria* particularia, ſiue lege ſcripta, ſiue conſuetudine ea nitantur; qua ratione vel in familiis Saxoniae illuſtribus *ius Saxonicum* prae reliquo iure communi Germaniae praeualere poteſt (c). Similique ratione, quatenus quis ad ſingularem quemdam *ordinem perſonarum* pertinet, qui iure ſpeciali vtitur, veluti ad ordinem clericorum, militum, ruſticorum, nobilium cet., huiusmodi etiam ordinis *iura ſpecialia* primum

Digitized by Google

mum merito locum ſibi vindicant (d). Vnde iam intelligitur, fieri potuiſſe, vt *familiis* etiam *illuſtribus* Germaniae ſuum quoddam ſit ius peculiare, ad quod prius adire fas ſit, quam ad alia Germaniae communia ſeu prouincialia aut plane territorialia iura aditum parari liceat.

(a) Meine Beyträge zum Teutſchen Staats- und Fürſtenrechte Th. 2. S. 23.

(b) Neque alia mens eſt legum imperii, quae euolui poſſunt in SCHMAVSS *corp. iur. publ.* p. 497. 907. 991.

(c) Joh. Joach. Müllers Staatscabinet 4. Eröffn. (Jen. 1716. 8.) S. 11. u. f.

(d) Meine juriſtiſche Encyclopädie §. 76. S. 40.

§. 4.

Reapſe ſingulari *autonomia*, ſeu libertate viuendi propriis legibus ſemper in Germania vſi ſunt liberi eius ciues, ii nempe, qui nec dominicae nec feudali vel miniſteriali alterius poteſtati ſubiecti erant. Quamobrem in ſpecie *familiis Germaniae illuſtribus* numquam non fuit ius pro ſua cuiusque conditione definiendi iura ſua domeſtica, ſiue demum expreſſas condiderint leges conuentionales aliasue diſpoſitiones, ſiue ſola ex obſeruantia caſus obueni-

II) Eſt autem familiis Germaniae illuſtribus ex earum autonomia ius quoddam ſpeciale,

venientes definiuerint. Quumque plurimis in rebus conueniret familiarum illuſtrium conditio, nil facilius contingere poterat, quam vt vna alterius exemplum ſequeretur, atque ſic oriretur *obſeruantia* familiarum Germaniae illuſtrium *generalis*, longe diuerſa a iuribus aliorum ordinum. Neque tamen dubitari tunc poterat, non ſolum ſuam cuiusque familiae legem vel obſeruantiam plane particularem, ſed et obſeruantias eiusmodi generales iure meritoque praeferendas eſſe reliquo totius Germaniae iuri communi.

§. 5.

cui non recte opponitur praeſumtio ex reliquo iure communi, maxime peregrino;

Sed et ipſum *ius commune* Germaniae *duplex* eſt, aliud patriae, aliud peregrinae originis; illud quidem maxime non ſcriptum, ideoque haud raro victum a poſteriori tamquam ſcripto (a). Neque tamen prorſus illud vinci potuit, quum haud paucis in capitibus per vniuerſam adhuc Germaniam obſeruetur ius patrium etiam non ſcriptum a Romano diuerſum. Multo minus dubitari poteſt, valide *conſeruari* potuiſſe patria iura, ſeu *ſpeciali* iure communi familiarum illuſtrium, ſeu *particulari* modo vnius familiae lege vel obſeruantia, cui tunc perperam ex omni alio iure communi contraria obmouetur *prae-*

ſum-

ſumtio. In *interpretandis* autem legibus etiam familiarum illuſtrium recte ad illud demum ius commune recurritur, ex quo illae hauſtae ſunt (b).

(a) Meine Beyträge Th. 2. S. 68.
(b) Beyträge Th. 2. S. 93.

§. 6.

Quamquam vero ſint, quae et ex vno alteroue *iure peregrino* communi, in primis *Romano*, adoptauerint familiae noſtrates illuſtres; multo tamen *frequentius* verſatae illae ſunt in conſeruandis priſtini *patrii iuris* capitibus, *ſiue* ea vniuerſe antea iuris communis in Germania fuerint, abhinc modo ab aliis ordinibus derelicta; *ſiue* originarie ius quoddam ſpeciale huius demum ordinis conſtituerint. Et talia quidem iura vt ex ſuis ipſorum *fontibus* rite deriuentur, merito adeuntur, quotquot ſuperſunt, *antiqua* priſtini iuris patrii *monumenta*, veluti *lex Salica*, ceteraeque *ſeculi V.* et ſequentium antiquae populorum Germaniae leges, et quae ex *diplomatibus* atque *formularibus* antiqui et medii aeui erui poſſunt, item *ſpeculum Saxonicum*, *Sueuicum*, et *ius*, quod vocant, *caeſareum*, cet. (a). Ea omnia enim etiamſi per ſe *legis vim* haud amplius habe-

ſed adhibetur potius notitia priſtini patrii iuris ab hoc ordine conſeruati;

ant, tamen ad conficiendam *theoriam* iuris priſtini patrii ſummum vſum praebent, vt colligi inde poſſit, *an et quaenam* ſint in legibus familiarum illuſtrium *conſeruata* priſtina iura, et *quomodo* haec ipſa ſint *intelligenda*.

(a) Meine juriſt. Encyclop. S. 34. u. f.

§. 7.

aut concentus iurium etiam nouiter in his familiis introductorum.

Haud raro tamen in *nouis* quoque condendis *iuribus* verſatae ſunt illuſtres Germaniae familiae. Quo caſu quidem ſi quando *ſingularis* modo vnius familiae conditio diſpoſitioni eius anſam praebuit, vnius familiae leges aliis omnino normae inſtar obtrudi nequeunt. Quatenus autem, quod ſatis frequenter euenit, certis in rebus vna eademque plerarumque tantum non omnium familiarum eiusdem ordinis conditio eſt, ideoque vna alterius exemplum ante oculos in condenda ſimili diſpoſitione habere ſolet; ſingulae quidem ſingularum familiarum *leges* per ſe *ſibi invicem* nihil iuris efficiunt; ſed *in concentu* tamen vſum praebent, *cum* ad theoriam inde generalem conficiendam, *tum* ad interpretationem legum ſimilium inde hauriendam. Quare optandum foret, omnes, quotquot aut generales, aut ſingulorum

Digitized by Google

lorum argumentorum leges huiusmodi in promtu ſunt (a), *ordine chronologico* ſi non colligi, tamen *indice* repraeſentari (b), ipſumque hunc fontem tunc ſollertius, quam hucusque factum, adiri (c).

(a) Commendari hac mente poſſunt partim *collectiones* diplomaticae, in primis Joh. Chriſt. Lünigs Reichsarchiv, partim *deductiones* in cauſis illuſtribus editae.

(b) Exſtat iam Joh. Dan. Reiche chronologiſch ſyſtematiſches Verzeichniß zur Erläuterung des Teutſchen Privatfürſtenrechts vorzüglich gehöriger Urkunden (aus Lünigs Reichsarchive, [124 Folianten.] Dumont corps diplomatique und Ludolf *de iure primogeniturae et feminarum illuſtrium*,) Bückeburg 1785. 4.

(c) Conf. meine juriſt. Encyclop. S. 227. ibique alleg. Fried. Iac. Diet. de Bostel diſſ. *de origine renunciationum filiarum illuſtrium*, Gieſſ. 1766.

§. 8.

Sic certe multis in capitibus principes noſtri, aut potius vniuerſe familiae Germaniae illuſtres non eodem vtuntur iure, quo reliqui Germaniae ciues. Ante omnia enim non ſolum ſua cuiusque familiae lex ſeu obſeruantia ſpecialis reſpicienda eſt, ſed et ius quoddam conſuetudinari-

lisque ex fontibus deriuatur ius priuatum principum ſeu familiarum illuſtrium Germaniae.

um generale in familiis Germaniae illuſtribus conſpicuum, tamquam ſpeciale illarum ius commune, merito prius in conſilium vocatur, quam ad reliqua totius Germaniae, aut, ſi res ita fert, Saxoniae communia iura aditus pateat. Et quatenus independentia perſonae, qua quidem carent principes noſtri, rationem differentiae haud efficit, fieri plane poteſt, vt ea, quae inter *principes Europae* vſu quodam communi obſeruari ſolent, etiam noſtris principibus conueniant, atque locum prae iure Romano et canonico in eorum cauſis ſibi vindicent. Quid quod ipſius *iuris Romani ſanctiones* de iuribus *Auguſti Auguſtaeue* etiam principibus noſtris, niſi forte deficiens his independentia perſonae rationem differentiae efficiat, paſſim adplicantur (a). Vniuerſe autem quaenam ſint principum noſtrorum ſeu familiarum Germaniae illuſtrium ſingularia iura, hic ſigillatim diſpiciendum erit; omniaque iſta iura ſi in vnum quoddam ſyſtema redegeris, habebis IVS PRIVATVM PRINCIPVM, ſeu *familiarum Germaniae illuſtrium*, quod hic tractabitur.

(a) L. 31. D. *de legibus*. Exemplum diuerſitatis iurium Auguſti et Auguſtae videſis in L. 56. 57. D. *de legatis* 3. Quae de Caeſare, tamquam deſignato

to ſucceſſore ſtatuuntur, noſtris etiam principibus hereditariis adplicantur. L. 6. §. 1. D. *de iure fiſci*, PVFENDORF. *obſ.* tom. 4. p. 633.

SECT. II.

NOTITIA LITTERARIA IVRIS PRIVATI PRINCIPVM, EIVSQVE METHODVS.

§. 9.

Hiſtoria litteraria huius ſtudii adpoſite enucleata eſt in den Halliſchen Beyträgen zur juriſtiſchen gelehrten Hiſtorie tom. I (1755.) p. 97-130., cui addi poteſt bibliotheca iuris priuati principum in meiner Litteratur des Teutſchen Staatsrechts Th. 3. S. 736-787. *Scriptores*, vniuerſe de hac diſciplina meriti, praeter eos, qui ſingularia argumenta aut diſſertationibus, aut deductionibus, aut reſponſis tractarunt, potiſſimum ſequentes ſunt: I) Hiſtoria litteraria iuris priuati principum.

1. Nic. BETSIVS in tractatu nomico-politico *de ſtatutis, pactis et conſuetudinibus familiarum illuſtrium et nobilium, illis praeſertim, quae ius primogeniturae concernunt*, 1611; edit. II. cum notis Io. SCHILTERI 1699. 4. 1611.

2. Nicolaus MYLERVS ab Ehrenbach (n. 1610., conſil. Würtemb. 1677.) a) diſſ. ſub 1640.

prae-

praeſidio Wolfg. GRVBERI *de ſtatibus imperii eorumque iure*, Tübing. 1640.; indeque enato tractatu: *de principibus et ſtatibus imperii*
1662. ſq. *R. G.*; deinde b) *Etologia* 1662.; c) *Nomologia* 1663.; d) *Gamologia* 1664.

* Reliqua auctoris opera, veluti *archologia*, *ſtratologia*, *metrologia*, *hyparchologia*, non tam huius ſunt loci. Meine Litteratur des Teutſchen Staatsrechts S. 223.

1669. 3. Ioh. Volkmar. BECHMANN, ſ. *reſpondens* Henr. Ioach. ab ELTZ diſſ. *de obligationibus et praerogatiuis principum in praecipuis negotiis ciuilibus priuatis*, Ien. 1669.

1696. 4. Io. SCHILTER (n. 1632., 1671. Doctor Ien., 1686. prof. Argentorat. † 1705.) in *inſtitutionibus iuris publici*, 1696. 8.

1698. 5. Gottlieb Gerh. TITIVS (n. 1661., 1688. D. Lipſ., 1709. prof. † 1714.) in *ſpecimine iuris publici* 1698., praeſertim edit. III. 1717. in capite *de conditione ſtatuum priuata*.

1702. 6. Ge. Melch. de LVDOLF (n. 1667., 1692. ſecret., 1697. conſil. Iſenac., 1711. aſſeſſor cam. imp. † 1740.) a) *de introductione iuris primogeniturae* 1702., edit. II. 17..., III. 1733. fol.; b) *de iure feminarum illuſtrium* 1711. 4., edit. II. 1734. fol.

1711. 7. Io. Ge. de PONIKAV (diſcipulus Titii) diſſ. *de conditione priuata ſtatuum imperii*, Lipſ. 1711., edit. II. ibid. 1740.

1715. 8. Mich. Henr. GRIBNER (n. 1682. 1703. D. Lipſ., 1707. Prof. Vitemb., 1717. conſil. aul. et archiuar. Dresd., 1726. ordinar. Lipſ.,

Digitized by Google

Lipſ., † 1734.) a) diſſ. *de praeiudicio principum imperii ex abuſu iuris Iuſtinianei* 1715.. (ſpeciatim cap. 2. *de abuſu iuris Iuſtinianei in iurisprudentia principum priuata;*) eaque inſerta *opuſculis* 1722.; b) praelectionibus, quarum monumenta poſtuma ſunt *theſes* olim dictatae iam primum impreſſae, Goetting. 1736. 8., et discurſus academici calamo excepti, nunc editi ſub tit.: *principia iurisprudentiae priuatae illuſtris*, 1745. 8.

9. Io. Iac. HELFERICH (n. 1692., prof. Tübing., † 1750.) diſſ. *de iurisprudentia principum ordinumque S. R. G. I. priuata*, Tüb. 1730.; continuata a filio Io. Fried. HELFERICH ſpecim. II. *de iurisprudentia principum priuata* 1745. 1730.

10. Sebaſt. Eberh. IHERING (conſil. Friſ. Orient.) libello ſub tit.: Vorläufige Grundlehren der bürgerlichen Privat-Rechtsgelahrtheit der Reichsſtände in Teutſchland, Bremen 1731. 8. 1731.

11. Burch. Gotth. STRVV (nat. 1671., 1704. prof. Ien., † 1738. Maii 24.) a) programmate in publicum emiſſo d. 4. Apr. 1738., quo promittebat *corpus iuris gentium*, ſeu *iurisprudentiam heroicam*, a pluribus annis inde elaboratam; quam poſthaec b) tamquam opus poſtumum edidit auctoris gener Io. Aug. HELLFELD tom. I. 1743., II. III. 1745., IV. 1746., V. 1747., VI. 1748., VII. 1753. 1738.

12. Io. Iac. MOSER (n. 1701.) im Teutſchen Staatsrechte tom. XII-XXVI. 1744-1746. et in quatuor voluminibus, quae a. 1775. edidit 1744.

dit ſub titulo: Perſönliches und Familien-Staatsrecht der Teutſchen Reichsſtände.

1747. 13. Io. Fried. Wilh. de NEVMANN in Wolfsfeld a) *inſtitutionibus iuris principum privati*, Frf. et Lipſ. 1747.; b) *meditationibus* iuris principum priuati tom. I. *de iure perſonarum*, 1751.; tom II. *de matrimoniis principum*, 1751.; tom. III. *de patria poteſtate et tutela principum*, 1752; tom. IV. *reale principum ius*, ſ. *de dominio et ſeruitute, pignore et hypotheca, poſſeſſione et praeſcriptione, dote et dotalitio illuſtrium*, 1752.; tom. V. *de hereditatibus et ſucceſſionibus principum*, 1752.; tom. VI. *de pactis et contractibus principum*, 1753.; tom. VII. *de delictis et poenis principum*, 1753.; tom. VIII. *de proceſſu iudiciario in cauſis principum*, 1753.; tom. IX. exhibente *ſupplementa priorum octo tomorum*, 1756. 4.

§. 10.

II) Methodus huic diſciplinae conueniens.

METHODO iuris priuati principum non tam conuenit communis reliqui privati iuris diuiſio in *ius perſonarum*, *rerum* et *actionum*, quam vt ante omnia tractetur *ſucceſſio familiarum illuſtrium*, quippe a qua pendent pleraque tantum non omnia principum cetera ſingularia iura; maxime quum hic omnis reliqua iuris piuati theoria iam perſpecta merito ſupponatur.

LIB.

LIB. I.
DE SVCCESSIONE FAMILIARVM GERMANIAE ILLVSTRIVM *.

CAP. I.
DE SVCCESSIONE SEMPER A PRIMO ADQVIRENTE REPETENDA, ET DE LEGIBVS SVCCESSIONIS FAMILIARVM GERMANIAE ILLVSTRIVM.

* Generatim hic comparari poſſunt 1) Chr. Phil. RICHTER diſſ. *de ſucceſſione in familiis illuſtrium*, Ien. 1664.; 2) Henr. COCCEII diſſ. *de ſucceſſione regum, principum et familiarum illuſtrium*, Frf. 1687.; 3) Io. Wolfg. TEXTOR diſſ. *de ſucceſſionibus regum; principum, familiarumque illuſtrium*, Heidelb. 1687.; 4) Ferd. Chr. HARPRECHT *de ſucceſſione pactitia, fideicommiſſaria et teſtamentaria*, cum annexis reſponſis tomi II. Vlm. 1698.; 5) Gottl. Gerh. TITII diſſ. *de ſucceſſione in Germaniae territoria*, Lipſ. 1707.; 6) Franc. Aug. Sebaſt. GREINER diſſ. *de ſucceſſione principum et illuſtrium perſonarum lege vel pacto obueniente*, Erf. 1715.; 7) Ge. Guſt. GERDES diſſ. *de eo, quod iuſtum eſt in caſu dubiae ac litigioſae ſucceſſionis principum*, Hamb. 1730.; 8) Car. Wilh. Maur. DE BODE diſſ. *de ſucceſſione gentilitia*, *vulgo* der

Stamms=

Stammsfolge, *ratione principatuum, comitatuum et dynaſtiarum imperii R. G. ex regula obtinente, ac de effectibus eiusdem eminentioribus*, Goetting. 1750.; 9) Diſſ. mea *de normis decidendi ſucceſſionem familiarum illuſtrium controuerſam*, Goetting. 1757. in *ſylloge commentationum ius priuatum principum illuſtrantium* p. 171.; 10) Friedr. Chriſt. Jonath. Fiſchers Geſchichte der Teutſchen Erbfolge, Ulm 1779. 8., und Erbfolgsgeſchichte der Seitenverwandten in Teutſchland, Leipz. 1782. 8.; 11) D. Meurer von der Succeſſion in Lehn- und Stammgütern unter dem hohen und niedern Teutſchen Adel, Lpz. 1781. 8.

§. II.

I) Normae ſucceſſionis communes tam allodiis quam feudis;

In ſucceſſione familiarum Germaniae illuſtrium nonnihil differentiae efficere poteſt *qualitas* terrarum, de quibus agitur, *feudalis allodialisue* (a). Praecipuae tamen ſucceſſionis *normae* in auitis allodiis non minus, quam in feudis, *vniformes* obſeruantur. Neque enim illis minus, quam his, a priſtinis inde temporibus inhaeſerunt *ſeruitia militaria* (b); et in medio aeuo plane adeo *communis* erat *feudalis nexus*, vt nihil fere non ei accommodaretur. Qua in re licet nouiore aeuo haud exigua acciderit mutatio; manſit tamen aliud principium *conſeruandi familiae* cuiusque *ſplendoris* (c); quin et noua acceſ-

ſit

ſit increuitque *principum qua imperantium* conſideratio (d). Quae omnia quum ſatis incommodam efficiant ſucceſſionis feudalis ab allodiali ſeparationem; non mirum eſt vtramque ſucceſſionem, quoad eius fieri poteſt, pari paſſu contineri (e).

(a) Conf. 1) Sam. STRYCK diſſ. *de iure allodiali principum imperii*, Hal. 1697.; 2) Burch. Gotth. STRVV *de allodiis imperii*, Ien. 1710., *auct.* 1734. 8.; 3) Th. Pet. Hinr. de TAVSCH diſſ. *de vera veri allodii indole et natura*, Marb. 1736.; 4) Iuſt. Eb. BERGHOF diſſ. *de allodiis illuſtrium S. R. G. imperii*, Gieſſ. 1739.; 5) Chriſt. Gottl. BIENER *de natura et indole dominii in territoriis Germaniae*, Hal. 1780. 8.

(b) Capitulare Caroli M. a. 807. in GEORGISCH *corp. iur. Germ.* p. 733. ſq.: „In primis quicum„que *beneficia* habere videntur, omnes in hoſtem „veniant. Quicumque *liber* manſos quinque *de* „*proprietate* habere videtur, ſimiliter in hoſtem „veniat. Et qui quatuor manſos habet, ſimiliter „faciat." etc.

(c) Sic e. g. Maximilianus Carolus princeps de Loewenſtein in teſtamento d. 11. Iul. 1716. condito §. 12.: „Wie wir nun bey dieſer väterlichen Diſpoſition kein ander Ziel und Abſehen führen, als unſer fürſtliches Haus, nachdem wir ſelbiges durch große Mühe, Arbeit und Sorgfalt in gegenwärtigen Flor und fürſtlichen Stand wieder empor gebracht, bey ſolchem bis in die ſpäte

Nachwelt zu erhalten, deſſen Glorie zu vergrößern, und in der Nachfolge, ſoviel die menſchlichen Kräfte und Läufte verſtatten, zu verewigen. ꝛc." Conf. 1) Nic. Chph. LYNCKER diſſ. *de familiarum nobilium ſplendore*, Ien. 1689.; 2) Diet. Herm. KEMMERICH progr. *de inſtitutis Germanorum ad conſeruationem familiae ſpectantibus*, Ien. 1737.; 3) Ern. Willi. STRECKER diſſert. *de ſplendore familiarum illuſtrium conſeruando*, Erf. 1747. Add. MYLER *gamol.* p. 87. §. 2. ibique alleg. L. 1. §. 13. D. *de inſpiciendo ventre.*

(d) Sic iam A. B. cap. 25. §. 3. proſpicit, vt electores poſſint *hominibus principari.*

(e) Meine Beyträge Th. 2. S. 240.

§. 12.

in primis vt primo adquirenti tantum ſit libera diſpoſitio bonorum;

Primum adeo ſucceſſionis Germanicae *principium* in eo conſiſtit, vt *in libera diſpoſitione bona* quisque *non alia* habeat, *quam* quorum ipſe *primus adquirens* eſt (a). Bona a primo adquirente in poſteros transmiſſa non primae tantum generationi, ſed ſerae in infinitum poſteritati relicta cenſentur; hinc iure meritoque nefas habetur, bona a parentibus vel a maioribus oriunda liberae cuiusque poſſeſſoris diſpoſitioni committere (b). Contra ſuprema familiarum Germaniae illuſtrium lex eſt: vt *ſplendor* cuiusque *familiae* conſeruetur, ideo-

Digitized by Google

ideoque *bona ſemel familiae dicata ſemper in eadem maneant* (c).

(a) Inde ratiocinium e. g. in diplomate quodam a. 1306.: „Proteſtor — quod cum huiusmodi reditibus poſſum facere, — prout voluero, ſine meorum puerorum conſenſu, quia ipſos comparavi." Gudenus *cod. diplom.* tom. 3. p. 36.

(b) Vniuerſalioris olim, etiam inter alios ordines, huius iuris ſat clara exſtant veſtigia in *iure prouinc. Sax.* lib. 1. art. 52. verbis: "ohne der Erben Laub und ohne Gericht mag kein Mann ſein eigen Gut noch ſeine Leute vergeben;" in *iure prouinc. Alem.* cap. 312. (in Senkenberg *corp. iur. Germ.* tom. 2. p. 365.) verbis: "Gibt einer ſein Eigen wider ſeiner Erben Willen hin, und ohne des Vogts Ding; ſie ſollen vor den Richter fahren und es verſprechen, und der Richter ſoll es antworten den Erben;" im Weichbilde art. 20. 21. gloſſ.: "Erbeigen mag man ohne der Erben Laub nicht vergeben, wohlgewonnen Eigen man man aber wohl vergeben." Quibus iungi poſſunt ſat multa iura ſtatutaria, in quibus ſuperſunt reliquiae iſtius diſtinctionis unter Erbgut und wohlgewonnen Gut. Conf. Io. Fried. Ludovici diſſ. *de diuerſo iure bonorum adquiſitorum et hereditariorum*, Hal. 1714.

(c) Conf. 1) Io. Ferd. Wilh. Brandt diſſ. *de natura bonorum auitorum, vulgo* Stammgüter *iure Germanico in dominio minus pleno conſiſtente, atque inde ſumenda interpretatione in fideicommiſſis familiae*, Marb. 1746.; 2) Io. Aug. Hellfeld

ſ. *reſpond.* Theod. Ge. Wilh. EMMINGHAVS diſſ. *de reſtricta illuſtrium alienandi facultate, maxime quoad allodia auita*, Ien. 1747.; 3) Io. Car. Henr. DREYER diſſ. *de reſtricta facultate bona hereditaria alienandi ad hereditaria bona mobilia non pertinente*, Kil. 1750.

§. 13.

hinc a primo adquirente repetendum omne ius ſuccedendi;

Inde ſequitur, I) *immediate a morte primi adquirentis* in omnibus ab eo poſteritati ſuae relictis bonis IVS SVCCEDENDI *ad omnes eius poſteros* adeo deuolui, vt a nullo vmquam poſſeſſore ſuo iterum ſucceſſori adimi et *extra familiam* transferri poſſit (a); adeoque *numquam vltimo defuncto eiusque beneficio, ſed ſemper primo adquirenti*, ſiue, vt aiunt, *ex pacto et prouidentia maiorum ſuccedatur*, i. e. vt ius ſuccedendi ſemper a primo adquirente, numquam ab vltimo defuncto repetendum ſit; hinc et II) in praeiudicium eorum, qui a primo adquirente deſcendunt, *nulli tertio* ſit *ius ſuccedendi*, quum hoc a nemine, niſi a primo adquirente deſcendat, ſibi vindicari poſſit.

(a) In diſpoſitione quadam familiae illuſtris inveni clauſulam imitatu dignam ſequentem in modum conceptam: "Wenn etwas vom Fideicommiſſe veräußert würde, ſoll doch alles das ipſo iure null und nichtig, "auch daran niemand, ſo gar des

alie-

„alienantis leibliche Kinder nicht, wenn ſie auch im „übrigen heredes wären, gebunden, ſondern befugt „ſeyn, die veräußerten Fideicommißſtücke bey jedem „tertio alſofort, und unerwartet des Sterbefalls des „alienantis zu vindiciren."

§. 14.

Cauendum vero, vt ne cum iure ſuccedendi confundatur ORDO SVCCEDENDI. Quantumuis enim I) ſubinde coincidat, vt primo adquirenti idem, qui vltimo defuncto ſit propinquior; *ordo* tamen ſuccedendi, niſi plane abſonum et ab vna ſemper linea ad alteram tranſilientem eum cogitare velis, ſua natura non aliter, quam *ab vltimo defuncto*, computari poteſt (a). Neque II) repugnat Germanicae ſucceſſionis principiis, vt quis *intuitu ſuae poſteritatis*, in primis nondum natae, etiam in bonis auitis noua, quod attinet ad ordinem ſuccedendi, ſtatuat (b). ordo autem ſuccedendi ab vltimo defuncto.

(a) Meine auserleſene Rechtsfälle B. 1. Th. 2. S. 491. u. f.

(b) Ge. Wilh. WAGNER diſſ. *de mutatione ſucceſſionis in familiis illuſtribus*, Gieſſ. 1740.

§. 15.

Hinc ſimul intelligitur, I) *legem ſucceſſionis* in familia quauis illuſtri dari potiſſimum II) leges ſucceſſionis familiarum illuſtrium;

mum *a primo adquirente*, deinde aut a nouo quouis *capite familiae* ſuaeue ſtirpis, aut *a pluribus cunctisue* vnius familiae agnatis (a). Quales quidem ſucceſſionis leges, II) quamdiu Germania ſuis ſolum conſuetudinibus regebatur, non tam neceſſariae, nec tam frequentes erant, quam ex quo *turbata domeſtica* inſtituta *iuribus peregrinis* fuerunt (b). Quumque III) patrio iure perinde eſſet, quacumque ratione voluntas valide diſponentis declararetur, pluresue paciſcendo inter ſe conuenirent; vel in forma harum legum hoc effecit iuris Romani et canonici auctoritas, vt ſollennia de his rebus *teſtamenta* conderentur, inque iis ſimplicia iuris patrii inſtituta exotica veſte *fideicommiſſi familiae* induerentur (c). Immo IV) parum abfuit, quin *pactis* Germanico more *de ſucceſſione conditis* plane quaeſtio ſtatus moueretur (d); quae demum, mirum, quibus iureconſultorum artificiis, ſuſtenta ſunt (e); inter alia interpoſita haud raro, at citra neceſſitatem reapſe, *iurisiurandi* fide (f); frequenter quoque expetita *confirmatione* eorum caeſarea (g), qua tamen pariter, niſi circa feuda quid contineant, quod ſine conſenſu domini directi fieri nefas, certe *haud indigent* (h). Nec denique V) etiam *tertio* ex hiſce pactis ius adquiri, quidquam obſtat (i).

(a) Ge-

(a) Generatim huc pertinet Nic. Betsius *de ſtatutis et pactis familiarum illuſtrium*, Francof. 1611., et cum notis Io. Schilteri Argentor. 1699. 4. Inſigne exemplum nouiſſimae eiusmodi legis familiae m. Iun. 1783. a cunctis principibus Naſſouicis conditae, ab Imp. Ioſepho II. d. 29. Sept. 1786. confirmatae vide in Reuß Teutſcher Staatscanzley Th. 16. S. 75-139.

(b) Exemplum de a. 1398. videſis in meinen Rechtsfällen B. 2. Th. 1. S. 107.

(c) Commendari hic poſſunt praeter eos, quos iam allegaui §. 12. c.: 1) Phil. Knipschild *de fideicommiſſis familiarum nobilium*, Arg. 1626., Vlm. 1693. 4.; 2) Chriſt. Wildvogel diſſ. *de fideicommiſſis familiarum nobilium conuentionalibus*, Ien. 1710.; 3) Iuſt. Henn. Boehmer diſſ. *de fundamento pactorum familiae ad fideicommiſſa inclinantium*, Hal. 1730. (in *exercit. ad D.* tom. 2. p. 403. ſq.); 4) Fried. Lud. com. de Oettingen *de fideicommiſſis*, Helmſt. 1734.; 5) Io. Caſp. Heimburg ſ. *reſpond.* Io. Ern. Schroeter diſſ. *de iuris communis et Germanici differentiis in doctrina de fideicommiſſis*, Ien. 1743.; 6) Herm. Becker diſſ. *de valore fideicommiſſorum tam vltima voluntate, quam per conuentionem conſtitutorum*, Roſt. 1752.; 7) Bernh. Gottlieb Huldreich Hellfeld diſſ. *de fideicommiſſis familiarum illuſtrium, eorumque, ſi alienata ſint, reuocatione*, Ien. 1779.

(d) Conf. 1) Sam. Stryck diſſ. *de pactis ſucceſſoriis eorumque iuſtitia*, Francof. ad Viadr. 1671.;

 2) Io,

2) Io. Phil. RINGLER *de pactis illuſtrium ſucceſſoriis*, Francof. 1693.; 3) Ioh. POLLITZ diſſ. *de pactis hereditariis et ſucceſſoriis*, Erf. 1722.; 4) Phil. Balth. GERDES diſſ. *de validitate pactorum ſucceſſoriorum etiam iuramento non confirmatorum*, Gryph. 1729.; 5) Io. Flor. RIVINVS *de pactis ſucceſſoriis*, Lipſ. 1730.; 6) Conr. Wilh. STRECKER diſſ. *de doctrina ſucceſſionis pactitiae eiusque vſu et abuſu in Germania*, Erf. 1738.; 7) Pet. MIDDELDORF diſſ. *de fatis ſucceſſionis inteſtatae, teſtamentariae ac pactitiae*, Rint. 1740.; 8) Io. Pet. de LVDEWIG diſſ. *de differentiis iuris Rom. et Germ. in pactis de ſuperſtitis heredio*, Hal. 1741.; 9) Io. Pet. BANNITZA diſſ. *de pactorum ſucceſſoriorum praecipue familiarum illuſtrium conſtanti in Germania valore*, Würtzb. 1748.; 10) Theod. Ge. Wilh. EMMINGHAVS diſſ. *de eo, quod iuſtum eſt circa conuentionales hereditatum translationes*, Ien. 1749.; 11) Ge. Sam. MADIHN diſſ. *de efficacia pacti familiae illuſtris agnato remotiori ius ſuccedendi tribuentis*, Hal. 1754.; 12) Chriſt. Ad. BOENHART *de transmiſſione hereditatis ex pacto ſucceſſorio adquiſitiuo, maxime illuſtrium*, cum *praef.* Io. Andr. HOFMANN, Marb. 1763.

(e) *Mox* nempe ex eo capite, quod principes Germaniae milites ſint, militum autem pacta ſucceſſoria valeant per L. 19. C. *de pactis*, (conf. meine Beyträge Th. 2. S. 173.); *mox* ideo, quod ſuſpicio captandae mortis, ceu ratio legis, inter illuſtres ceſſet; *mox* ex mero et mixto imperio, vi cuius ſtatibus imperii liceat leges condere, iurique

com-

communi derogare. Gail. lib. 2. *obſ.* 127. ibique alleg.

(f) Cap. 2. *de pactis* in 6.: "Quamuis *pactum* „patri factum *a filia*, *dum nuptui tradebatur*, vt „*dote contenta nullum ad bona paterna regreſſum* „haberet, *improbet lex ciuilis*; ſi tamen *iuramento*, „non vi, nec dolo praeſtito *firmatum* fuerit ab „eadem, omnino *ſeruari debebit*; quum *non ver-* „*gat in aeternae ſalutis diſpendium*, nec redundet „in alterius detrimentum." Struben Nebenſtund. tom. 5. p. 50. Middeldorf cit. diſſ. *de pactis ſucc.* ſect. 7. §. 8. p. 91.

(g) Scil. vt *ex plenitudine poteſtatis* ſuppleatur, ſi quid iure communi inualidum fuerit, Gail. lib. 2. *obſ.* 127.

(h) Stryck *de ſucc. ab inteſt.* diſſ. 8. cap. 7. §. 18. ſq., *Electa iuris publ.* tom. 2. (1710.) p. 10. ſq., Boehmer *conſult.* tom. 1. part. 2. reſp. 46. n. 14-38. p. 221. ſq., Reinharth *ad Chriſtinaeum* vol. 6. obſ. 20. p. 49. ſq. Adde, quae expoſui im Ungrunde der Regredient-Erbſchaft §. 130. ſq., inter alia ex capitvl. caes. art. I. §. 9. et art. II. §. 2. Rechtsfälle B. 1. Th. 4. S. 893., B. 2. Th. 1. S. 47., Beyträge Th. 2. S. 179.

(i) I. H. Boehmer diſſ. *de iure ex pacto tertii quaeſito* cap. 1. §. 5., cap. 2. §. 4. 5.; Mevivs part. 4. *deciſ.* 112. n. 4. 5.; Boehmer *conſult.* tom. 1. part. 2. reſp. 100.; tom. 3. part. 2. reſp. 51.; Struben Bedenken Th. 3. Bed. 11. S. 71.

Digitized by Google

§. 16.

ſpeciatim in feudis; In feudis praeterea *litterae inueſtiturae* dant normam ſucceſſionis, earumque poſtremæ potiſſimum in poſſeſſorio, antiquiores etiam in petitorio reſpiciendae (a).

(a) CAPITVL. (1612.) art. II. §. I.: "Wir ſollen und wollen auch die Lehen und Lehenbriefe den — Reichsvaſallen jedesmal nach dem vorigen Tenor — unweigerlich, und aller Contradiction ungehindert, als welche zum rechtlichen Austrage zu verweiſen, widerfahren" (laſſen.) Ord. conſil. imp. aul. tit. 5. §. 1. in f.: "Alſo iſt es auch in Lehens-Streitigkeiten zu halten, daß in deren Relation vornehmlich die originales inueſtiturae, und was für pacta darin ausdrücklich begriffen, wohl erwogen — werden." Conf. Henr. BROKES *de fide recentiorum litterarum inueſtiturae antiquis maiore*, Viteb. 1734. Cramers Nebenſtunden part. 4. p. 142. ſq., Struben rechtl. Bedenken tom. 2. p. 522. ſq.

§. 17.

item obſervantia. Denique et in ſucceſſione *obſeruantiae* cuiusque familiae non minor eſt efficacitas, quam ſcriptarum legum, tum ad interpretandas eas, tum ad ſupplendas earum vices; maxime vbi priſtina patria iura vel tacite ſic continuata eſſe adparet (a).

(a) Conf. e. g. meine Rechtsfälle B. 1. Th. 1. S. 90., Beyträge Th. 2. S. 288.

CAP. II.

Digitized by Google

CAP. II.

DE MARIVM PRAE FEMINIS IN SVCCESSIONE ILLVSTRIVM PRAEROGATIVA *.

* Comparari hic poſſunt *de iuribus feminarum illuſtrium*, in primis quod ad ſucceſſionem attinet, in genere ſequentia ſcripta: 1) Ge. Melch. DE LVDOLF *de iure feminarum illuſtrium*, Iſenac. 1710., Ien. 1734. fol.; 2) Henr. COECEII diſſ. *de ordine ſuccedendi feminarum illuſtrium in territoriis*, Francof. ad Viadr. 1711. in exercit. eiusd. vol. 2. p. 1037.; 3) Gabr. SCHWEDER diſſ. *de feminarum in feudis cum maſculis concurrentium excluſione horumque praerogatiua*, Tüb. 1720.; 4) Ern. Chr. ARNOLD diſſ. *de iure ſucceſſionis feminarum in dominiis et imperiis*, Gieſſ. 1725.; 5) Nic. Hier. Gundling von der Weiber-Succeſſion in Gallia Belgica und in Ober-Lothringen, in *Gundlingian.* part. 40. p. 464. ſq, part. 41. p. 77. ſq.; 6) Io. Paul. KRESS diſſ. *de iuribus feminarum illuſtrium in Germania*, Helmſt. 1730.; 7) Mich. Henr. GRIEBNER diſſ. *de feudis imperii maſculinis non femininis*, Lipſ. 1732.; 8) Henr. Chriſt. SENKENBERG *de ſucceſſione filiarum in regnis et principatibus*, Gieſſ. 1742.; 9) Joh. Jac. Reinhards Abhandlung von dem Erbfolgs-Rechte der Töchter vor den Stamms-Vettern in Teutſchen Reichs-Allodien, Gieſſen 1746. 4.; 10) Fried. Chph.

Chph. Jon. Fiſcher von dem weiblichen Erbfolgs-rechte in theilbaren Lehnen, Halle 1780.

§. 18.

Feminarum excluſio a ſucceſſione, eiusque I) verum fundamentum,

A priſtinis inde temporibus *feminae* in praediis terrisue *non aeque ac mares ſuccedere potuerunt* (a), quoniam non feudis ſolum, ſed et allodiis inhaerebat obligatio ad ſeruitia militaria praeſtanda (§. 11. a.). Quae licet hodie aliter ſe habeant; ob alteram tamen aeque fortem rationem in conſeruando ſplendore familiarum poſitam nouamque earum, qua imperantium, conditionem (§. 11.), tenaciter hoc ius conſeruarunt illuſtres Germaniae familiae, vt aut *plane numquam* feminae ſuccedant, veluti in feudis mere maſculinis, *aut* certe *non promiſcue cum maribus*; ſed, *quamdiu ſaltem filii* adſunt, nulla vmquam filiarum, quin etiam, *quamdiu maſculi a primo adquirente oriundi ſuperſunt*, *nulla* ordinarie quarumcumque *feminarum ſucceſſio* in bonis auitis admittatur; nec proinde *legitima* vllaue pars hereditatis auitae ab iis peti poſſit.

(a) Conſpirant in hoc, vnanimi quodam concentu, antiquiſſima iuris patrii monumenta, velut i LEX SALICA tit. 62. §. 6. (in GEORGISCH *corp. iur. Germ.* p. 124.): "*De terra ſa-*
„*lica*

„*lica nulla portio hereditatis mulieri veniat, ſed ad* „*virilem ſexum tota terrae hereditas perueniat.*" LEX RIPVARIORVM tit. 56. §. 4. (apud GEORGISCH *l. c* p. 167.): "*Quum virilis ſexus ex-*„*ſtiterit, femina in hereditatem auiaticam non ſuc-*„*cedat.*" LEX ANGLIORVM ET WARINORVM tit. 6. §. 1. (*l. c.* p. 448.): "*Hereditatem de-*„*functi filius, non filia ſuſcipiat. Si filium non ha-*„*buit, qui defunctus eſt; ad filiam pecunia et man-*„*cipia, terra vero ad proximum paternae generatio-*„*nis conſanguineum pertineat.*" MARCVLFI *formulae* lib. 2. cap. 12.: "*Diuturna, ſed impia in-*„*ter nos conſuetudo tenetur, vt de terra paterna* „*ſorores cum fratribus portionem non habeant.*" II. F. 36.: — "eum, qui talis (mutus, ſurdus etc.) „natus eſt, feudum retinere non poſſe, *quia ipſum* „*ſeruire non valet.* Sic dicimus in clerico, et *in* „*femina*, et in ſimilibus." Sachſenſpiegel lib. 1. art. 17.: "Vaters und Mutter, Bruders und Schweſter Erbe nimmt der Sohn und nicht die Tochter."

§. 19.

Nec tam *iniqua* haec *feminarum* a ſucceſſione *excluſio* eſt, *quum alia ratione*, eaque ſimiliter ab antiquis inde temporibus conſeruata; *iis*, quantum ſatis eſt, *proſpiciatur*. Etenim *ſeu coelibes* a patre, fratre, vel agnato ſiue alimentis in natura datis, ſiue certo, quod vocant, *deputato* proſpiciuntur (a); *ſeu nuptae*, poſteaquam adpa- et aequitas;

adparatu et dote e bonis paternis inſtructae ſunt, a marito; *ſeu viduae* congruo vidualitio e bonis mariti, pro dignitate aluntur (b).

(a) Rechtsfälle B. 3. Th. 1. S. 194-206.

(b) Compara, ſi lubet, quae fuſius expoſui in den auserleſenen Rechtsfällen B. 1. Th. 1. S. 159. n. 36. ſq. und in den Beyträgen Th. 2. S. 274.

§. 20.

II) Vſus renunciationum filiarum illuſtrium.

Etiamſi vero haec omnia *ipſo iure* eoque vniuerſali olim intelligerentur, adeoque nullum reuera filiarum exſiſtentibus filiis ius ſuccedendi in terris eſſet; tamen I) *aduerſus contraria iuris Romani principia* tam in illuſtribus quam nobilibus Germaniae familiis ſenſim *introductae* ſunt filiarum nubentium *renunciationes* (a), quae *reapſe* tamen II) nihil aliud continent, quam *declarationem*, *ſe ius ſibi vindicare nolle, quod per ſe non habebat locum* (b). Quare III) nec *iureiurando* indigent, licet ex ſuperflua cautione e iure canonico repetita (c) in plerisque familiis id introductum ſit (d). Sed et iniurata renunciatio perinde valet; immo IV) plurimae familiarum illuſtrium leges etiam, quae non renunciarunt, *filias ipſo iure pro renunciatis haberi* iubent (e). Quumque V) nec vllum

Digitized by Google

lum facile exemplum proferri poſſit, quod filia illuſtris ideo, quod non renunciauerit, promiſcue cum maribus ſucceſſerit, vel adhucdum ſpem fouere queat, fore, vt ad ſucceſſionem admittatur; recte *vel ex generali familiarum Germaniae illuſtrium obſeruantia* contenditur, filias etiam non renunciatas adhucdum ipſo iure a ſucceſſione auita excludi (f). Neque enim VI), quod alioquin negari non poſſet, filiarum illuſtrium, quae *coelibes* adeoque vtplurimum *non renunciatae* (g), poſt patrem fratremue moriuntur, *ad earum heredes* transmittitur ſucceſſio (h). Eaque omnia VII) etiam in *maternis* locum habent, niſi ſpeciali diſpoſitione contrarium cautum fuerit.

(a) De *renunciationibus feminarum illuſtrium* legantur, ſi lubet, ſequentia ſcripta: 1) Henr. Breulaeus *de more renunciandi, quem Germaniae principum, comitum, baronum, nobiliumque filiae, ſi quando nuptui collocantur, obſeruare ſolent*, Francof. 1593. 8.; 2) Ioh. Backmeister *de renunciatione filiarum illuſtrium*, Argent. 1682. in Moseri *diſſert. iuris publ.* p. 969.; 3) Sam. Stryck diſſ. *de filia nobili renunciante*, Francof. 1686.; 4) Henr. Cocceii diſſ. *de renunciationibus et reſeruationibus filiarum illuſtrium*, Francof. ad Viadr. 1714. in eius *diſſert.* Vol. 2. n. 56.; 5) N. A. Breyer *de renunciationibus filiarum illu-*

ſtri-

ſtrium, Heidelb. 1717.; 6) Nic. Hier. GVNDLING diſſ. *de renunciatione hereditatum filiarum illuſtrium*, Hal. 1729.; 7) Io. Vlr. CRAMER iura *de pacto hereditario renunciatiuo filiae nobilis* a diſſenſu doctorum liberata et methodo demonſtratiua in concordiam redacta, Marb. 1731. — — *de pacto filiae nobilis hereditatis renunciatiuo-reſeruatiuo*, ibid. 1734.; 8) Henr. Chr. SENKENBERG meditatio *de renunciationibus filiarum illuſtrium* in eius meditat. faſc. 2. Gieſſ. 1739. 8. p. 408. ſq.; 9) Io. Mich. DAHM diſſ. *de natura renunciationis* bis zu einem ledigen Anfall, Mogunt. 1746.; 10) Ioh. Henr. BOCRISII diſſ. ſiſtens *laruam renunciationibus filiarum illuſtrium et opinioni deſuper, licet communi, detractam*, Bamberg. 1750.; 11) Fried. Iac. Diet. de BOSTEL diſſ. *de origine renunciationum filiarum illuſtrium*, Gieſſ. 1766.; 12) Dan. Ferd. FVNCK diſſ. *ſcrutinium doctrinae de renunciatione filiarum illuſtrium, et exinde nato pacto reſeruatiuo ex principiis ſucceſſoriis diuerſarum gentium, praeſertim Germanarum, erutum*, Arg. 1767.

(b) Iam in diplomate Henrici IV. imp. a. 1073. memoratur Cononis Palatini filia Ermingarda, "quae, quum marito traderetur, *portionem ſibi* „*debitam accepit, et de parte reliqua omnem calu*„*muniam legitime refutauit.*" *Monumenta Boica* tom. I. p. 352. Ceterum primum, quod conſtat, exemplum talis renunciationis promiſſae occurrit in pactis dotalibus Laurentii comitis Hollandiae cum Mathilde filia ducis Brabantiae a. 1214. initis;

tis; item formula renunciationis factae a Simone comite de Saarbrücken a. 1227. verbis: "*Maritus* „*renunciat omni iuri, quod uxor — in hereditate —* „*ex parte patris — ſibi proueniente habebat, ſi quod* „*habebat.*" de BOSTEL *l. c.* Meine juriſtiſche Encyclopädie (1767.) S. 228. u. f.

(c) Cap. 2. (Bonifacii VIII. 1299.) *de pactis* in 6. vid. ſupr. §. 15. f. Cöllniſche Landes-Einigung d. 6. Iul. 1590.: — "in Weſtphalen ſey adeliche Gewohnheit, daß Schweſtern, ſo Brüder haben, auch ohne Eid Verzicht thun, dieweil die Gewohnheit auch ohne Eid pacta de non ſuccedendo beſtätigen kann." Lünigs Reichsarchiv part. ſpec. (vol. 5.) Th. 1. S. 449.

(d) Primam hucusque renunciationem iuratam de a. 1312. protulit L. B. de SENKENBERG *de ſucceſſ. filiar.* in adi. n. 4. p. 30. BOSTEL *l. c.* append. p. 4. n. 8. Meine juriſt. Encyclop. S. 230.

(e) Sic e. g. *in familia Auſtriaca* a. 1543. ordinauit FERDINANDVS I.: "Und ob gleichwohl von ein oder mehr unſern Töchtern ſolche Verzicht, aus was Urſachen das wäre, nicht geſchähe; ſo ſollen ſie doch, gegen Entrichtung und Empfahung obbeſtimmter Heimſteuer und Abfertigung, von aller väterlichen und mütterlichen Erbſchaft ausgeſchloſſen, und ihnen unſere lieben Söhne ferner noch mehrer nicht ſchuldig ſeyn." Moſers Staatsr. Th. 15. S. 468. In pacto familiae comitum de *Witgenſtein* a. 1607. ſtatutum: "Da ſichs zutragen ſollte, daß eine oder mehrere Töchter vor Leiſtung

des Verzichts mit Tode abgehen, oder ſich ſonſten ein ſolches, wie gemeldet, zu leiſten weigern würde; ſo ſoll dieſelbe und ihre Erben doch nichts deſto weniger gleich anderen verziehenen Töchtern von aller Succeſſion abgewieſen, und dieſer Ordnung beſtändig gelebt und nachgeſetzt werden; bevorab weil die renunciationes oder Verträge nicht ex neceſſitate, ſondern allein zu Stamms- und Namens-Erhaltung, und Bekräftigung des uralten Herkommens und Gewohnheit, und dieſer unſerer Erbeinigung, wie auch zu Vermeidung Haders und Streits erfordert werden." Moſer *l. c.* Th. 16. S. 66. 78. De familia comitum de *Lippe-Detmold* exſtat teſtimonium d. 3. Iun. 1653. filias etiam non renunciatas ipſo iure excludi: "denn die etwa dann und wann geſchehenen Renunciationen ſeyen mehr aus bloßer Gewohnheit als aus Neceſſität geſchehen." Moſer *l. c.* Th. 16. S. 241. De *ſtatuto Geislingenſi*, quod d. 12. Febr. 1653. ab vniuerſo *ordine equeſtri immediato* conditum perhibetur in Lünigs Reichsarchive part. ſpec. contin. 3. vol. 12. p. 14. et in Ferd. Chriſtoph. Harpprecht tractatu *de ſucceſſione* tom. 2. p. 95., ſed impugnatur ab aliis, vide, quae adnotaui in den auserleſenen Rechtsfällen B. 1. Th. 1. S. 157. n. 13. ſq.

(f) Conf. Nic. Everhard vol. 1. conſil. 6. n. 9. 13., vol. 2. conſil. 29. n. 6., Herm. Vulteius *conſil. Marb.* vol. 2. conſil. 29. n. 36., Ertel *obſeruat. equeſtr.* obſ. 13., Hert. *reſponſ.* tom. 1. reſp. 32. n. 2. p. 81., *Conſil. Halenſ.* tom. 2. lib.

lib. 2. n. 124. cap. 2., Boehmer *conſult.* tom. 3. part. 3. reſp. 633. n. 3. ſq. p. 450.; licet aliter ſentiant Mynsinger *reſponſ.* decad. I. reſp. 10. n. 31. ſq., Kellenbenz *de renunc.* qu. 7. n. 6., Bets. *de pactis famil.* cap. 8. p. 367. 404. ſq. Conf. quoque Ferd. Chriſtoph. Harpprecht *de ſucceſſ.* tom. 2. p. 127. ſq. p. 249.

(g) Rariora ſunt, niſi fallor, exempla familiarum illuſtrium, quarum filiae etiam coelibes renunciare iubentur; nec tamen nulla eius rei veſtigia occurrunt in pactis familiarum illuſtrium, e. gr. in der Gräflich Stolbergiſchen Erbvereinigung 1548.: "daß unſere — Töchter ſolchen obgedachten Verzicht freywillig, mit vorgehabtem Rathe und Auctorität ihres Curators, dazu verordnet, **wenn die Fräulein zwölf Jahre alt ſind,** und von Vormündern weltlichen und geiſtlichen Rechts de pactis futurae hereditatis ſucceſſoriis und ſonſten gnugſam erinnert und certiorirt, unbezwungen thun — ſollen." Moſers Staatsr. Th. 16. S. 56., iisdemque fere verbis in dem Leiningen-Weſterburgiſchen Familien-Vertrage 1567. Moſer *l. c.* S. 40., et in ſtatuto *Hanouienſi* a. 1610., quod annum aetatis XVIII. definiuit, Moſer *l. c.* S. 30.

(h) Rechtsfälle B. 2. Th. 1. S. 195.

Cap. III.

DE IIS, QVI A SVCCESSIONE EXCLVDVNTVR.

§. 21. *

1) An et quatenus excludantur clerici?

Ex natura quidem cleri (a) et feudorum (b) CLERICOS a ſucceſſione in feudis excludi fas erat. *Germaniae* autem *nobiles* quantumuis beneficiis eccleſiaſticis inſtructi *nec* tamen *a militia* olim *abſtinuerunt*, *nec* proinde *ſucceſſionis in feudis* etiam ſecularibus *incapaces* ſunt habiti; quid quod etiamſi ob lautam conditionem, qua vtuntur quamue ſperare poſſunt plerique clerici illuſtres, frequenter in fauorem familiae *renunciare* ſoleant bonis auitis; tamen eueniente caſu, quo ſuperſtites haud amplius ſunt laici eiusdem familiae ſeu ſtirpis, omnino *ad ſucceſſionem admittuntur* (c), neque tunc alia mente quam ad obtinendam coniugii libertatem *reſignatione clericatus* opus eſt, veluti quod tum pactis familiarum illuſtrium (d) tum exemplis (e) ſat frequentibus doceri poteſt (f); licet vel maxime in camera imperiali ex coeco in ius Longobardicum obſequio nonnumquam aliter fuerit iudicatum (g). Olim plane

plane *primogeniti* vtplurimum beneficiis eccleſiaſticis, natuque minores bonis auitis inſtrui ſolebant, qui mos vel adhuc obſeruatur in familiis nondum iure primogeniturae praeditis. Ex quo autem *electoribus* aurea bulla aliisque familiis nouiores ſanctiones normam iuris primogeniturae dederunt; naturale erat tantum laicos primogenitos ad ſucceſſionem vocari (h), hodieque clerici poſtgeniti in eiusmodi familiis non tam ob clericatum quam propter primogenituram a ſucceſſione arceantur. Clericos illuſtres *euangelicos* prorſus nihil impedit, quo minus qualibuscumque in territoriis, etiam electoralibus, ſuccedere poſſint (i). *Mediatos* clericos nobiles paſſim nouiores demum ſanctiones prouinciales a ſucceſſione feudali arcuerunt (k).

(*) In genere de hac quaeſtione: an et quatenus clerici in feudis ſuccedere poſſint? comparari merentur Ludewigs Erläuterung der G. B. tom. 2. p. 487. ſq., Boehmer *conſultat.* tom. 1. part. 1. reſp. 43. p. 258. ſq., tom. 3. part. 1. reſp. 142. p. 601., meine Rechtsfälle B. 2. Th. 3. S. 553–577., Beyträge Th. 2. S. 149-166., et ſequentia ſingularia de hoc argumento ſcripta: 1) Ioh. Pet. a Ludewig *clericus exſul ſucceſſionis in feuda et principatus S. R. I.*, Hal. 1721.; 2) Chriſt. Godofr. Hoffmann *de clericorum in feuda, inprimis S. R. I.*

R. I. maiora, ſucceſſione, Lipſ. 1722.; 3) Ge. Chriſt. Gebaveri promulſis *de* 400. *annorum vſu*, *ob quem Dn. de Ludewig*, *clericos in feuda ſuccedere non poſſe opinatur*, Goetting. 1735.; 4) Andr. El. Rossmann *promulſis ſublata Dn. G. C. Gebaueri pro clericis contra obſeruantiam imperialem ab exſilio reductis ad capeſſenda feuda ſecularia et ſuccedendum in S. R. I. principatus*, Hal. 1736. 4.

(a) Capitulare Carolomanni a. 742. (apud Georgisch in *corp. iur. Germ.* p. 1406.): "Seruis „Dei per omnia omnibus armaturam portare, vel „pugnare aut in exercitum et in hoſtem pergere „omnino prohibemus, niſi illis tantummodo, qui „propter diuinum miniſterium, Miſſarum ſcilicet „ſolemnia adimplenda et ſanctorum patrocinia „portanda, ad hoc electi ſunt; id eſt, vnum vel „duos epiſcopos cum capellanis presbyteris prin„ceps ſecum habeat, et vnusquisque praefectus „vnum presbyterum, qui hominibus peccata con„fitentibus iudicare et indicare poenitentiam „poſſit."

(b) II. F. 21.: — „*Deſiit eſſe miles ſeculi*, *qui* „*factus eſt miles Chriſti*; *nec beneficium pertinet ad* „*eum*, *qui non debet gerere officium.*" II. F. 36.: — "feudum retinere non poſſe, *quia ipſum ſeruire* „*non valet*. Sic dicimus *in clerico*" etc. II. F. 26. §. 4.: "Qui *clericus* efficitur, aut votum religio„nis aſſumit; hoc ipſo *feudum amittit*." II. F. 30.: — "*clericum nullo modo in beneficium pater*„*num debere ſuccedere*." Vetus auctor *de beneficiis* §. 4.: "*Clerici* et mulieres, ruſtici et mercato-

„res

„res — *iure carent beneficiali.*" **Sächſiſch Lehnrecht** cap. 2.: "**Pfaffen** und Frauen, Bauern „und Kaufleute — **ſollen Lehnrechts darben.**"

(c) Sic iam adpoſite ſtatuit *ius feudale Alemannicum* cap. 3. ex edit. Schilteri (1697.) p. 4.: "Ein jeglicher Pfaffe, der Rittersart iſt, der mag wohl Lehn haben zu ſeinem Leben; er mag es aber nicht von der Hand leihen, noch anders damit nichts thun, es ſey dann mit des Herrn Willen. Und hat ein Pfaffe einen Bruder oder mehr Brüder, und empfängt er ein Lehn mit den Brüdern mit einer Lehnshand, und hat auch mit ihnen Nutz und Beſitz; und ſterben ſie dann ohne Lehnserben; ſo bleibt ihm das Lehn mit Rechte ꝛc."

(d) Sic e. g. in familia Palatina Stephanus Bipontinus a. 1444. teſtatus eſt inter alia ſequentem in modum: "Giengen ſie aber beide ohne Leibes-Lehns-Erben ab, ſo ſoll alsdann, das vorgenannte Herzog Friedrich, und Herzog Ludewig gehabt haben, und hinter ihnen laſſen, fallen und werden auf ihre Brüder, die **Layen werden mögen. Möchte aber derſelben keiner ein Lay werden und verbleiben**; ſo ſoll **es doch auf** ſie fallen, und ihnen **ihr Lebtag** fallen und werden, und nach aller ihrer Tode fallen, nach Inhalt des Briefs, und da es von Rechts wegen hinfallen ſoll." **Moſers** Staatsr. Th. 13. S. 29.

(e) Vide e. g. I) caſum familiae *Auſtriacae* de a. 1623. in meinem Handbuche von Teutſchen Staaten p. 107. und in **Moſers** Staatsr. tom. 12. p. 253.;

Digitized by Google

253.; cui iungi poteſt II) nouiſſimum exemplum Ioſephi Antonii principis de *Hohenlohe* (n. 1707. Apr. 5. † 1764. Mai. 14.), qui, licet canonicus fuerit eccleſiarum cathedralium Colonienſis, Salisburgenſis, Argentoratenſis, ordinesque maiores ſusceperit, tamen corregens fuit in Bartenſtein, fratrique iuniori Rupe to Franciſco († 1745. Apr. 3.) ſucceſſit in Pfaedelbach. Aliaque complura exempla vide in den Rechtsfällen B. 2. Th. 3. S. 564. und in den Beyträgen Th. 2. S. 164. k.

(f) Vvlteivs *de feudis* (1595.) lib. I. cap. 9. (edit. II. 1597. 8.) p. 470.: "Hodie *ex generali* „*Germaniae conſuetudine* etiam *clerici*, praeſertim „ſeculares, feuda, quae habent, retinent, atque, „ſi caſus ita contingat, *in feudis ſuccedunt*, non „attento eo, quod iure feudali ſecus cautum eſt."

(g) Mynsinger cent. 5. *obſ.* 48.: "Vtcum„que ſit, dominis cameralibus viſum eſt, ſecun„dam opinionem (quod clericus in feudo non ſuc„cedat,) ceteris veriorem magisque communem „eſſe."

(h) A. B. cap. 7. §. 2. 3.: "Poſtquam princi„pes electores ſeculares et eorum quilibet eſſe de„ſierit; ius, vox et poteſtas electionis huiusmodi „ad filium ſuum, primogenitum, legitimum *lai*„*cum*; illo autem non exſtante, ad eiusdem pri„mogenitum, ſimiliter *laicum*, libere, et ſine con„tradictione cuiuspiam deuoluatur. Si vero pri„mogenitus huiusmodi, absque heredibus masculis „legitimis *laicis*, ab hac luce migraret; virtute

„prae-

„praeſentis imperialis edicti, ius, vox et poteſtas „electionis praedictae ad ſeniorem fratrem *laicum* „per veram paternalem lineam deſcendentem, et „deinceps ad illius primogenitum *laicum deuolua-* „*tur.*" Eadem mente Albertus elector Brandenburgicus in teſtamento 1473. ita inter filios diſponit: "Die Geiſtlichen ſollen an Land und Leuten keinen Theil haben." Nevmann *ius priuat. princ.* tom. 5. p. 246. Conf. tamen Rechtsfälle B. 2. Th. 3. S. 561. §. 29—31.

(i) Dan. Nettelbladt diſſ. *de clericorum euangelicorum in feuda ſecularia ſucceſſione*, Hal. 1764.

(k) Caſp. Schmid *comm. ad ius Bauar.* tom 2. (1695.) tit. 12. art. 1. §. 11. p. 717.: "*Antequam ego praeficiebar curiae feudali*, paſſim — *in feudis* — *canonici* cathedralium eccleſiarum admiſſi et *inueſtiti fuerunt*, ita vt ego inceperim dubitare, an non verum ſit, — generalem conſuetudinem eſſe in Germania, quod clerici in omnibus feudis ad ſucceſſionem admittantur; quamuis *ego toto tempore praepoſiturae meae nullum clericum ad inueſtituram admiſerim;* prius tamen admiſſos benigne tolerauerim, iuxta illud: Turpius eiicitur quam non admittitur hoſpes." Ex eodem ſimiliue fonte forſan emanauit reſcriptum Caroli VI. Imp. de a. 1718. in Bürgermeister cod. diplom. equeſtri part. 3. p. 646.: "daß nach der ad excluſionem der Geiſtlichen gemachten und wiederholt beſtätigten General-Regel und legis pragmaticae erſagter Canonicus zu Salzburg, Reichs-Erb-Truchſeß Graf

zu Friedberg und Scheer, obſchon dieſer erſt die quatuor minores angenommen, und keine praebendam canonicalem genießet, gleichwohl von der Coinveſtitur ausgeſchloſſen verbleiben, auch in Kraft dieſer unſerer abgebenden Declaration insgemein alle andere, welche mit den quatuor minoribus inſigniret ſind, unter ſolcher General-Regel dergeſtalt comprehendiret ſeyn, daß, wenn ſie auch per errorem und mittelſt Verſchweigung des geiſtlichen Standes mit inveſtiret werden möchten, dieſes ohne alle Wirkung ſeyn ſolle." Conf. Struben rechtl. Bedenk. Th. 1. S. 395. §. 4.

§. 22.

II) Inhabiles ob defectum animi vel corporis;

Ob *inhabilitatem animi vel corporis*, quae iam tempore ſucceſſionis delatae adeſt, a ſucceſſione quis arceri poteſt; ob ſuperuenientem haec non aufertur (a).

(a) II. F. 36.: "*Mutus et ſurdus, coecus, claudus, vel aliter imperfectus*, etiamſi ſic natus fuerit, totum feudum retinebit. Obertus et Gerardus et multi alii. Quidam dicunt, eum, qui talis natus, feudum retinere non poſſe, quia ipſum ſeruire non valet. Sic dicimus in clerico, et in femina, et in ſimilibus." I. F. 6. §. 2.: "*Mutus feudum retinere non poteſt*, ſcilicet, qui nullo modo loquitur. Sed ſi feudum fuerit magnum, quo ei ablato ſe exhibere non valet, tantum ei relinqui debet, vnde ſe ſuſtinere poſſit." *Ius prouinc. Sax.* lib. I. art. 4.: "Wird auch ein Kind

Kind gebohren ſtumm, ſinn= oder witzlos, oder blind, oder ſonſt unvollkömmlich an ſeinem Leibe, das iſt wohl Erbe zu Land=Recht, aber nicht zu Lehn=Recht. Hätte aber ein Mann Lehn empfangen, ehe er alſo gebrechlich worden wäre, das verleuſt er damit nicht. Der ausſätzig Mann, der empfähet gleicher Weiſe auch kein Lehn, auch kein Erbe. Hat er aber das empfangen vor der Seuche, und wird darauf ſiech, er behält es, und vererbet es auch, als ein anderer Mann." A. B. cap. 25. §. 3. 4.: "Primogenitus filius ſuccedat, — *niſi* forſitan *mente* „*captus*, *fatuus*, *ſeu alterius famoſi et notabilis de-* „*fectus* exſiſteret, *propter quem non deberet ſeu poſ-* „*ſet hominibus principari;* in quo caſu, *inhibita* „*ſibi ſucceſſione*, ſecundogenitum — ſeu alium — „volumus ſucceſſurum." Exempla Henrici ducis Würtenbergici a. 1492., et Vlrici comitis Friſiae orientalis a. 1527. ob defectum mentis a ſucceſſione excluſorum, proferuntur in Moſers Staatsr. tom. 12. p. 340. ſq. Conf. quoque Struben Bedenken tom. 2. num. 97. p. 357. ſq. et Io. Henr. de Berger disquiſitio, *utrum et quousque ſurdi et muti ſint feudorum capaces?* (Viteb. 1696.) Lipſ. 1707.

§. 23.*

Quandoquidem *ad nobilitatem propagandam* Germanico more ſemper requiſitum fuit, vt *materna* non minus quam *paterna proſapia aeque nobilis* eſſet (a), quum alio- III) Ex matrimonio inaequali nati, et quidem 1) ex matrim. ad

morganaticam; alioquin *partus deterioris parentis conditionem ſequeretur* (b); idcirco fieri poteſt, vt quis vel *ea mente*, ne coniux prolesque familiae oneri ſint, vxorem inferioris ordinis ducat, et cum eius, tum ſuſcipiendae prolis conditionem *pacto* definiat. Talique ex MATRIMONIO, quod vocant, AD MORGANATICAM natos in bonis familiae paternae ſuccedere non poſſe, citra omnem plane controuerſiam eſt poſitum (c).

(*) Vniuerſe ad hanc et ſequentes §§. comparari poſſunt, quae tam de matrimonio ad morganaticam quam de impari matrimonio in genere ſcripta ſunt, veluti 1) Henr. SALMVTH reſponſum *pro matrimonio principis cum nobili virgine*, Ien. 1660.; 2) Io. Phil. PRIOR *de matrimonio ad morganaticam*, Argent. 1671.; 3) Henr. LINCK de *matrimonio lege Salica*, *ſiue ad morganaticam contracto ad 2. F. 29.* Altorf. 1676.; 4) Gabr. SCHWEDER diſſ. *de matrimonio ad morganaticam*, Tüb. 1684.; 5) Gerh. FELTMANN *de impari matrimonio*, Brem. 1691. 8.; 6) Henr. COCCEIVS *de lege morganatica*, Francof. ad Viadr. 1685. 4. in eius *diſſ.* Vol. I. n. 93.; 7) Io. Bernh. FRIESE de *conuentione morganatica*, Ien. 1697.; 8) Petr. Marcell. RICCIVS *de matrimonio ad morganaticam donationem contracto*, 1703.; 9) Caſp. Matth. MÜLLER diſſ. *de matrimonio nobilis cum ignobili*, Roſt. 1707.; 10) Sam. Fried. WILLENBERG

BERG *de matrimonio imparium*, Dant. 1717. et 1734.; 11) Io. Chriſt. SCHROETER *differentiae iuris Romani et Germanici circa connubium impar*, Ien. 1731.; 12) Deductionen in der Sachſen-Meinungiſchen Standeserhöhungs-Sache 1732. vid. Lünigs bibl. deduct. Th. 3. S. 88.; 13) Io. BARTH *de concubinatus et matrimonii ad morganaticam conuenientia et disconuenientia*, Argent. 1733.; 14) Io. Henr. WOLFART *tract. de matrimonio ad morganaticam eiusque ſpeciebus*, Hann. 1736.; 15) Io. Georg. ESTOR diſſ. exhibens *veſtigia iuris Germanici in iure canonico et quidem cap. 1. X. de ſponſal. de odio in matrimonia inaequalia et reſtricto iure nobilitatis Germanicae quoad connubia*, Ien. 1740., recuſa (auctior) Marb. 1750.; 16) Lüdiger de et in MANNSBACH *de matrimonio principis, comitis liberique domini cum virgine nobili inito*, Wetzlar. 1750.; 17) Dan. NETTELBLADT ſ. *reſpond.* Ioh. Balth. KOELBELE diſſ. *an et quatenus matrimonium ad morganaticam pacto tale licitum ſit?* Hal. 1748.; 18) Guil. Phil. SEYFRIED diſſ. *de incongrua matrimonii ad morganaticam ad ſtatum noſtrum Germanicum adplicatione*, Gieſſ. 1749.; 19) Io. Goth. BAVER progr. *de matrimonio principis imp. inaequali*, Lipſ. 1750. in eius *opusc.* tom. 2. p. 369.; 20) Ioh. Mich. DAHM, ſiue potius *reſpond.* Franc. Ant. Chryſoſt. DÜRR diſſ. *de matrimonio aequali et inaequali perſonarum illuſtrium in Germania*, Mogunt. 1751.; 21) Joh. Ge. Eſtors Beweis des großen Unterſchiedes zwiſchen dem hohen und niedern Adel, ingleis

gleichen den wahren Reichsgrafen von den heutigen Titulär-Reichsgrafen, auch den daher entſpringenden Mißheirathen, 1751. 4., et in eius *comment. et opuſc.* num. 6.; 22) Henr. SONDRINGER ſ. potius *praeſidis* Ign. Chr. LORBER A STOERCHEN diſſ. *de nobili immediato cum perſona ruſtica nuptias contrahente, nobilitate ſua et feudis ante iam habitis ſecundum iura Germanica in perpetuum priuato*, Bamberg. 1755.; 23) Ioh. Henr. Chriſtian. DE SELCHOW diſſ. *de matrimonio nobilis cum vili et turpi perſona, praeſertim ruſtica*, Goetting. 1755.; 24) Ge. Lud. BOEHMER diſſ. *de impari matrimonio et iure liberorum ex eo natorum circa ſucceſſionem feudalem*, Goett. 1755.; 25) Dav. Ge. Strube von ungleichen Ehen, in Nebenſtund. Th. 5. (Hannov. 1755.) S. 232. u. f.; 26) Chr. Gottl. HOMMEL progr. *de recto ſenſu et vſu paroemiae*: das Kind gehört zur ärgern Hand, Vit. 1767.; 27) Chr. Car. KANNE diſſ. *de nuptiis comitum et baronum ob coniugis conditionem inaequalem iniuſtis*, Lipſ. 1769.; 28) Anon. (Aug. Fried. Batz,) Entwickelung des Begriffs unſtandesmäßiger Ehen, 1781. 4.; 29) Ioh. Aug. Ott. GEHLER diſſ. *de inaequalitate matrimonii illuſtris cum virgine inferioris nobilitatis diiudicanda*, Lipſ. 1786.; 30) Carl Otto Gräbe kurze Darſtellung der ungleichen Ehen zwiſchen Perſonen des hohen und niedern Adels, Rinteln 1787. 8.; 31) Chr. Nic. SCHLICHTKRVLL ſ. *reſp.* Eman. Frid. HAGEMEISTER diſſ. *de matrimonio illuſtris cum nobili auita*, Gryph. 1788.

Digitized by Google

(a) Teſtimonio huius rei inſeruire poſſunt *ius prouinciale Saxonicum* lib. 1. art. 51.: "Welch Mann von ſeinen vier Ahnen, d. i. von zweyen Eltervätern und zwey **Eltermüttern**, und vom Vater **und Mutter**, die unbeſcholten ſind, unbeſcholten an ſeinem Rechte iſt, den mag niemand beſchelten an ſeiner Gebuhrt ꝛc.;" item lib. 3. art. 72.: "Das ehelich und frey gebohrne Kind behält ſeines Vaters Heerſchild, und nimmt auch ſein Erbe, und der Mutter alſowohl, **ob es ihr ebenbürtig iſt, oder baß gebohren.**" Cui conuenit *ius prouinc. Alem.* cap. 397. §. 3.: "Ein jegliches Kind behält ſeines Vaters Recht, ob es ihm ehelich ebenbürtig iſt."

(b) Huc pertinet, quae ex iure prouinciali Alemannico allegari ſolet, *paroemia* iuris Germanici: "Das Kind folgt der ärgern Hand." Ius prouinc. Alem. cap. 328. n. 3. in Senkenberg *corp. iur. Germ.* tom. 2. p. 386.

(c) Exemplum adpoſite rem declarat, vti deſcribitur II. F. 29.: "*Quidam habens filium ex no-* „*bili coniuge, poſt mortem eius non valens contine-* „*re, aliam minus nobilem duxit;* qui nolens exſi- „ſtere in peccato eam deſponſauit, *ea lege, vt nec* „*ipſa, nec filii eius amplius habeant de bonis patris,* „*quam dixerit tempore ſponſaliorum* — quod Me- „diolanenſes dicunt accipere vxorem *ad Morgana-* „*ticam;* alibi *lege Salica.* Hic filius ex ea ſusce- „ptus deceſſit. Iſti in proprietatem *non ſuccedunt* „aliis exſtantibus ſed nec in feudo, etiam aliis „non exſiſtentibus." etc. Cui ſimillimam narratio-

rationem ex chronico quodam Haſſiaco ad a. 1311. refert HERT *de ſpecial. rebusp.* ſect. 2. §. 6. not. 11. *opuſc.* vol. 1. tom. 2. p. 75. verbis: "Dieſer Landgraf Otto regierte wohl, bat ſeine Söhne, ſie wollten die Unterthanen gnädig hören, und das Land nicht theilen; Und wenn ihm ſeine Gemahlinn Adelheid, (gebohrne Gräfinn von Ravensberg,) ſtürbe, wenn er dann ſeinen Wittwerſtand nicht keuſch halten könnte; wollte er auch in keinem ſündigen Leben funden werden vor Gott; aber auch keines Fürſten, Herrn noch Grafen Tochter nehmen, damit durch zweyerley Kinder das Land nicht zertheilet würde; ſondern wollte **eine fromme Jungfrau von Adel** zur Ehe nehmen, und die Kinder mit Geld und Lehenſchaft und anderen Gütern wohl verſorgen, daß das Fürſtenthum bey einander bleiben ſollte." etc. Conf. KOPP *de inſigni diff. inter com. et nobil.* p. 242. Ceterum e ſexcentis aliis, quae in promtu ſunt huius rei in familiis Germaniae illuſtribus, exemplis, nominaſſe ſufficiat cum ill. Io. Ge. ESTOR *de odio in matrim. imparia* (1750.) p. 59.: I) Wolfgangum *Iſenburgi* comitem, qui poſt obitum tertiae vxoris legitimae matrimonium ad morganaticam iniuit cum Sabina *de Saalfeld*, vidua Vlrici Adami de Burghauſen d. 9. Iul. a. 1628. hac lege: "daß ſie ſich 1) des Grafenſtandes nicht anmaße, 2) ihre Stiefkinder als ihre **gnädige Herren** halte, 3) dieſe ihre **Gnaden** heiße, 4) ſich ſchreibe: **Sabina, Frau zu Iſenburg, gebohrne zu Saalfeld.**" Conf. Kölers Münzbeluſt. Th. 7. S. 167.; II) matrimonium

Bern-

Bernhardi ducis *Saxoniae Ienenſis* contractum a. 1672. cum Maria Eliſabetha *de Koſpodt* dicta *Madame d' Altſtaedt*, poſtea Gräſinn zu Altſtädt; vid. Val. Königs genealog. Adelshiſtorie Th. 3. S. 652. u. f.

§. 24.

2) ex diſparagio, eoque a) quatenus hodierno iure certa res eſt;

Sed et ſi vel maxime is, qui matrimonium inaequale ſeu DISPARAGIVM quod vocant iniuit, coniugem ſibi aequalem haberi, prolemque ad ſucceſſionem iuraque familiae admitti voluerit, contrarium tamen expreſſa lege generali haud ita pridem firmatum eſt, adeo, vt ne imperatori quidem honores paternos eiusmodi proli largiri, multo minus ius ſuccedendi ei tribuere fas ſit (a); licet fieri omnino queat, vt *agnatis conſentientibus* exceptio a regula ſtatuatur, ſiue vt ſtatim liberos ex inaequali matrimonio natos perinde, ac ſi ex aequali nati eſſent (b), aut *ſaltem in quadam territorii parte* ſuccedere (c), ſiue vt *in poſterum* deficiente legitima agnatorum ſtirpe ſucceſſionem iis reſeruari patiantur (d).

(a) CAPITVL. (1742.) art. 22. §. 4.: "Noch auch denen aus unſtreitig notoriſcher Mißheirath erzeugten Kindern eines Stands des Reichs, oder aus ſolchem Hauſe entſproſſenen Herren, zu Verkleinerung des Hauſes, die väterlichen Titel,

(add. 1790. [illegible])

Ehren und Würden beylegen, vielweniger dieſelben zum Nachtheil der wahren Erbfolger, und ohne deren beſondere Einwilligung, vor ebenbürtig und Succeſſionsfähig erklären, auch wo dergleichen vorhin bereits geſchehen, ſolches für null und nichtig anſehen und achten."

(b) Illuſtre huius rei exemplum eſt in ſucceſſione *principum Anhaltinorum* lineae Deſſauienſis ex matrimonio Leopoldi et Annae Ludouicae Föſen a. 1698. inito prognatorum. Moſers Staatsr. des Hauſes Anhalt p. 38. §. 39. Sic et ſucceſſionem filii Erneſti *marchionis Badenſis* Vrſulaeque de Roſenfeld cum conſenſu agnatorum factam eſſe teſtatur STRVV *iurispr. heroic.* part. 2 cap. 2. §. 37. Conf. tamen, quae obſeruauit SPITTLER im Göttingiſchen hiſtoriſchen Magazine Band 4. S. 737-772.

(c) Vide e. g. quae de ſucceſſione filii *Ottonis ducis Brunsuicenſis* († 1549.) Mettaeque de *Campen* adnotata ſunt in Struben Nebenſtunden part. 5. p. 245. ſq.

(d) Strube *l. c.* p. 247.: "In dem erſten Vertrage von 1527., vermöge deſſen ein von Herzog Otten dem ältern mit dieſer Mette von Campen erzeugter Sohn nur 3000. Goldfl., und keinen Landes-Antheil empfangen, mithin für einen Fürſten nicht gehalten werden ſollte, bedang man ihm dennoch die Erbfolge, nach Abgange der Herzoge Erneſtens und Franzens männlicher Nachkommen, ohne den kaiſerlichen Conſens zu begehren." Similiter

inter

inter Wilhelmum atque Ferdinandum *Bauariae duces* occaſione coniugii inaequalis cum *Pettenbeckia* ab hoc initi conuentum fuerat: vt poſteri ex hoc coniugio prodituri titulo ducali, nomine et inſignibus Bauariae tamdiu abstinerent, nec vllum ſibi ius in ducatum vtriusque Bauariae vel comitatus et dynaſtias eo pertinentes atque a communi eorumdem parente Alberto poſſeſſas, neque etiam in illas, quae inpoſterum ad ducatum deuenire, et cum eo conſolidari poterunt, arrogarent, *quamdiu aliquis e mascula Wilhelmi progenie ſupereſſet*, ſed alio interea nomine et inferiore, nobili tamen ſorte vterentur, annuaque penſione 6000. florenorum, et duobus caſtris praediisue lege fiduciaria eis a duce conferendis contenti viuerent; *Quandocumque vero contigerit, vt mascula Wilhelmi propago deficiat, tunc ipſius masculae poſteritati ex illo matrimonio oriturae, ius poſtliminium in regimen ducatus Bauariae et ditionum eo pertinentium ſartum ac tectum eſſet.* IMHOF *notit. procer. imp.* lib. 2. cap. 6. §. 19., Strube *l. c.* §. 8. p. 254. ſq., Moſers Staatsr. tom. 19. p. 19.

§. 25.

Etiamſi autem noſtra demum aetate lex illa prolem e matrimonio inaequali ſusceptam a ſucceſſione excludens lata ſit; caue tamen exiſtimes, rem ipſam aeque nouam eſſe. Longe enim *antiquiora* eius rei quum *exempla* ſatis frequentia ſint (a), vix dubitari poteſt, *priſtinam* modo *obſer-*

quod tamen b) ex conſeruato iure antiquiore repetendum;

 van-

vantiam hac demum *lege firmatam* eſſe, adeoque in *iure antiquo* inter illuſtres *conſeruando* eam verſari. Quare ſpernenda certe non ſunt, quae tum in *legibus* populorum Germaniae *antiquiſſimis* (b), tum in ipſo *iure canonico* (c), tum in teſtimoniis *ſcriptorum medii aeui* (d), tum in *diplomatibus* (e) occurrunt huius rei veſtigia; licet vel maxime non omnia ea perdurauerint, veluti quae in odium peregrinitatis, et de poena mortis in commixtionem ſeruilem olim ſtatuta fuerant.

(a) Pertinent huc e. g. matrimonia Henrici illuſtris, marchionis Misniae († 1288.), et Eliſabethae de *Maltitz;* Alberti degeneris († 1314.) et Cunigundae ab *Eiſenberg;* Friederici victorioſi electoris Palatini et Clarae *Dettinn* 1462. (Spittler im Götting. hiſt. Mag. B. 3. S. 385.); Wilhelmi III. ducis Vinarienſis et Catharinae de *Brandenſtein* 1463.; Ottonis ducis Brunsuicenſis et Mettae de *Campen;* Ferdinandi Auſtriaci et Philippinae *Welſer* 1550; et quae de ſingulis iſtis aliisque nouioribus eiusmodi coniugiis diſceptata ſunt; inque his in primis, quod proximam ſanctioni nouiſſimae occaſionem praebuit, matrimonium Antonii Vlrici ducis Meinungenſis et Philippinae Caeſareae *Schurmann* a. 1713.

(b) E. gr. Lex Salica tit. 14. cap. 6.: "Si „*litus ingenuam* feminam traxerit, *de vita componat.* Si vero *ingenua* femina quemque de illis

„ſua

„ſua voluntate ſecuta fuerit, *ingenuitatem perdat,*" et cap. 11.: "Si quis *ingenuus ancillam alienam* in „coniugium acceperit, ipſe *cum ea in ſeruitium* „implicetur." Lex Ripvar. tit. 58. cap. 15. ſq. "Si Ripuarius *ancillam* Ripuarii *in matrimonium* „acceperit, ipſe *cum ea in ſeruitio* perſeueret" etc. Lex Alemann. tit. 57.: "Si *duae ſorores* „absque fratre relictae poſt mortem patris fuerint, „et ad ipſas hereditas paterna pertingat, et *vna* „*nupſerit coaequali libero*; *alia* autem *nupſerit* — „*colono* —; *illa*, *quae illi libero nupſit ſibi coae*„*quali*, *tenet terram patris* earum; — illa enim, „*quae* illi *colono nupſit*, *non intret in portionem ter*„*rae*, *quia ſibi coaequali non nupſit.*" Compara G. L. Boehmer diſſ. *de impari matrimon.* §. 2.

(c) Cauſa 32. qu. 2. can. 12.: "*Non omnis mu*„*lier* iuncta viro *vxor eſt* viri, quia *nec omnis fili*„*us* eſt *heres* patris. *Nuptiarum* autem *foedera* „*inter ingenuos* ſunt *legitima* et *inter coaequales.*"

(d) In primis hic perpendi merentur, quae ex Meginhardo, ſcriptore ſeculi IX., refert Adamvs Bremensis lib. 1. hiſt. eccl. cap. 5. vbi: "Ge„neris quoque et nobilitatis ſuae, inquit, proui„diſſimam curam habentes, *nec facile* vllis aliarum „gentium, vel *ſibi inferiorum connubiis infecti*, „propriam et ſinceram, tantumque ſibi ſimilem „gentem facere conati ſunt. Et id legibus firma„tum, vt nulla pars in copulandis coniugiis pro„priae ſortis terminos transferat, ſed *nobilis nobi*„*lem ducat vxorem*, liber liberam, libertus coniun„gatur libertae, et ſeruus ancillae. Si vero quis-

„piam horum ſibi non congruentem et genere prae„ſtantiorem duxerit vxorem, cum vitae ſuae damno componat." Quae iisdem fere verbis repetiit CONRADVS VRSPERGENSIS p. 148. Addenda quoque, quae tradit Pet. de ANDLO *de imp. Rom.* lib. 2. cap. 12. p. 94.: "Eſt autem, in„quiens, Alemannis inueteratus vſus, et *longe re„tro obſeruata conſuetudo*, non magna, quantum „coniicere poſſum, ratione ſuffulta, *vt baro copu„lando ſibi militaris et inferioris generis coniugem „prolem ſuam inde creatam degeneret atque debaro„nizet*, filiique de cetero barones minime vociten„tur. Comites vero per connubium cum ſimpli„cis militaris generis feminis natos filios non de„comitant; ſed ſi eorum filii itidem in militarium „genus nubant, ex tunc illorum demum proles „decomitatur, militariumque generis ordini dein„ceps connumeratur; quae profecto obſeruantia „haud ſatis honeſta eſſe videtur." Conf. BAVER *opuſc.* tom. 2. p. 372.

(e) Memoratu dignum in primis eſt diploma a. 1028. in OEFEL. *ſcript. rer. Boicar.* tom. 2. p. 26. n. 54. verbis: "vt, ſi Odalricus vita dece„dat absque prole *de legali nobilique matrimonio* „procreata, — omnia — ſancto deſeruiant." Deinde perpendi merentur diplomata, quae RVDOLPHVS I. dedit *Adelheidi de Münzenberg* nuptae Reinhardo comiti Hanouienſi 1273. verbis: "Quum igitur, ſicut oblata nobis nobilis viri Rein„hardi de Hagenoue, mariti tui, petitio contine„bat, ipſe te olim ea intentione duxerit in vxo-

 „rem,

„rem, quia *te nobilem fore credebat*, *et parem ſibi* „*in originis libertate*, et quidam poſtmodum aſſe„ruerunt, te nobilem non fuiſſe, ſupplicauit no„bis, vt prouidere ſibi ſuper hoc de benignitate „Regia dignaremur. Hinc eſt, qui perſonam tu„am, ob grata obſequia, quae idem maritus tuus „nobis et imperio exhibuit et poterit exhibere, vo„lentes proſequi beneuolentia gratiae ſpecialis, ec„ce ad tollendum huiusmodi dubium, quae *a pa*„*tre miniſteriali genita* dicebaris, a te *notam ori*„*ginis*, ſi qua exſtitit ſuper eo, *adimimus*, et, de „conſenſu principum noſtrorum, qui coronationi „noſtrae felici intereſſe poterant, te *puerosque tuos*, „ſi quos habes, vel in poſterum te habere conti„gerit, *reddimus* et donamus *nobiles et ingenuos* „*de vtroque parente*, ac *ab omni ſeruitute miniſte*„*rialium liberamus*, praeſentium teſtimonio lite„rarum; Supplentes de plenitudine poteſtatis, ſi „quis defectus aut dubium exſtitit in praemiſſis;" deinde et Vlrico nato ex hoc matrimonio, verbis: "honeſtam matronam *Adelheidin natam* quondam „*Vlrici de Münzenberg*, quam idem Reinhardus, „dum viueret, habuit in vxorem et *Vlrico de Han*„*nowe*, praedictum natum legitimum vtriusque, „*ab omni ſeruilis ſeu miniſterialis conditionis reſpe*„*ctu*, de plenitudine regiae poteſtatis *eximimus*, „ac ipſos ingenuitatis ac liberi partus honore et „titulo perpetuo inſignimus. Volentes eos, ſic „ſemper manentes, in ingenuorum vel nobilium „ſorte ac numero recenſeri, *ac ſi de ventre libero* „*nati eſſent, ita, quod ad ſucceſſionem bonorum feudali*-

„*um et aliorum quorumlibet pari forma ſicut nobiles* „*et ingenui admittantur*, et vniuerſaliter omnibus „iuribus, libertatibus, dignitatibus, honoribus et „conditionibus, quibus ingenui a ſacris ſunt legi- „bus et approbatis conſuetudinibus inſigniti, in „perpetuum ex donatione et indulgentia regia gau- „deant et dotentur." Denique et diploma eius- dem RVDOLPHI pro *Eliſabetha Maltitia*, Hen- rici illuſtris coniuge, eiusque filio Friderico, ver- bis: "Eliſabeth legitimam ſui thori conſortem, „Friedericum natum legitimum vtriusque et vni- „verſos liberos, ſi quos ab eisdem parentibus pro- „creari contigerit, in futurum *ab omni ſervilis ſeu* „*miniſterialis conditionis reſpectu* de plenitudine „regiae poteſtatis *eximimus*, et ipſos ingenuitatis „ac liberi partus honore et titulo perpetuo inſigni- „mus, volentes, eos ſic ſemper in antea in inge- „nuorum et nobilium ſorte et numero recenſeri, „*ac ſi de ventre libero nati eſſent*; ita quod *ad ſuc-* „*ceſſionem bonorum feudalium, et aliorum quorum-* „*libet pari forma ſicuti ingenui et nobiles admittan-* „*tur*. Et vniuerſaliter omnibus iuribus, libertati- „bus, dignitatibus, honoribus, conditionibus, „quibus ingenui a ſacris ſunt legibus et approba- „tis conſuetudinibus inſigniti, in perpetuum ex „donatione regia gaudeant pleno iure. Ex prae- „miſſis itaque praefato Friederico ac ceteris libe- „ris Marchionis praedicti, ſi quos ipſum in antea „ex praedicta Elizabeth procreare contigerit, fauo- „rabiliter indulgemus, concedimus et donamus, „vt bonis Marchionis ipſius, poſſeſſionibus, terris, di-

Digitized by Google

„dignitatibus et ceteris iuribus quibuscumque, quo „poſſint et debeant iure ſuccedere, *ac ſi de partu „et ventre libero nati eſſent.*" Videſis integrum hoc diploma de a. 1278. in Wecks Dresdn. Chronik S. 159., Lünigs Reichsarchiv part. ſpec. contin. 2. p. 178., et vtrumque illud Münzenbergicum de a. 1274. et 1287. in Lünigs R. A. part. ſpec. cont. 2. Fortſ. 3. Abtheil. 6. S. 519. 521.

§. 26.

At vero in alia omnia abierunt Iureconſulti *ex iure Romano*, *canonico* et vel ex *ſacra ſcriptura* edocti, *vxorem dignitatis mariti* omnino *participem*, et, ſi *filium*, ergo *heredem* eſſe (a). Quumque et *aulae caeſareae* non aeque ac familiarum Germaniae illuſtrium interſit, conſeruari harum ſplendorem; contra euehi effectum gratiae caeſareae in conferenda ſuperiore dignitate, principiis aulae Auguſtae conveniat; ſane mirum non eſt, iam ſaepius *imperatores prolem* ex matrimonio inaequali natam *ſucceſſionis paternae capacem declarauiſſe* (b). Quod tamen quum impedire non potuiſſet, quo minus aduerſus *matrimonia notorie inaequalia*, veluti principis comitisue cum perſona ciuici ruſticive ordinis, nouior illa ſanctio conderetur (c); ſupereſt modo quaeſtio: vtrum et *matrimonium principis comitisue cum femina*

ſed c) turbatum iure peregrino, in certis caſibus adhuc disputatur.

ex nobilitate auita inaequale ſit ad effectum excludendi ſobolem ex eo ſuſceptam a ſucceſſione paterna? Cuius rei deciſio noua legislatione tanto magis optanda et exſpectanda eſt (d), quanto maior non ſolum inter aulam caeſaream et antiquas principum comitumque familias (e), ſed et inter eruditos in hac re diſſenſus deprehenditur (f).

(a) Quam egregia hic adhibita ſint ratiocinia, vnicum docere poterit ſpecimen ex MYLERI *gamologia* cap. 4. §. 7. p. 92. ſq. et §. 12. p. 98., vbi matrimonium principis cum femina nobili aequale eſſe contendit: "quoniam vxor per connubium iam deſinit eſſe de familia patris et in familiam mariti tranſit, ſecundum LIVIVM *hiſt.* lib. „26. — Vnde dicitur, quod maritus et vxor duo „ſint connexa, cap. *nec illud* cauſ. quaeſt. 5., cap. „*admonere* cauſ. 33. quaeſt. 2. Qua connexitate „per vnionem coniugalem vnum corpus conſtitu„unt iuxta dictum ſcripturae: *Erunt duo in vna* „*carne*, Geneſ. 2. — Ac efficiuntur vnum idem„que corpus fictione iuris. — Congruum ideo „eſt iuri et aequitati, vt connexorum eadem ſit ra„tio, idem iudicium, idem honos et dignitas, ne „vnum corpus vel vna eademque res diuerſo iure „cenſeatur contra L. 25. D. *de vſucap.* — Vnde „VLPIANVS reſpondit: *Maritus feminae clariſ*„*ſimam dignitatem tribuit*, in L. 8. D. *de ſenator.* „Quae communicatio non minima pars dignitatis „mari-

„mariti propter indiuiduam illam vitae ſocietatem, „quae inter coniuges intercedit, L. 1. D. *de ritu* „*nupt.* — Hinc optime reſcripſerunt Impp. Dio„cletianus et Maximianus Paulinae: *Quum te non* „*a ſenatore procreatam, ſed ob matrimonium cum* „*ſenatore contractum clariſſimae feminae nomen ade-* „*ptam dicas, claritas haec beneficio mariti tibi pa-* „*rata eſt*, in L. 10. C. *de nupt.*" etc. Eademque ratione deinde liberos ex tali matrimonio prognatos pari iure frui probat idem MYLERVS *l. c.* §. 19. p. 105.: "quoniam legitime nati liberi quo„ad dignitatem, gentem et familiam patris, non „matris ſtatum et conditionem ſequuntur, L. 19. „D. *de ſtatu hom.*, L. 9. D. *de ſenator.*, L. 36. C. „*de decur.*" etc. Hinc et ſuccedere illam prolem colligit §. 22. p. 107.: "iuxta regulam, qua dici„mus: *ſi filius, ergo heres*, quum ius ſuorum et „legitimorum heredum obtinuerint per L. *Quum* „*quis* C. *de natural. lib.*, Nov. 12. §. vlt., cap. 1. „X. *qui filii ſint legit.*, cap. *recurrat* cauſ. 32. „qu. 4."

(b) Probe tamen obſeruandum cum ill. STRVBIO (in den Nebenſt. Th. 5. S. 249.), proprie tres tantum huc referri poſſe caſus, quorum ſucceſſus voto reſpondit; nimirum I) matrimonium Eduardi fortunati marchionis *Badenſis* († 1600.) cum Maria *ab Eicken*, de quo tamen omnino legenda obſeruatio SPITTLERI im Göttingiſchen hiſtoriſchen Magazin B. 4. S. 174-192. II) Ioannis Caroli *comitis Palatini ad Rhenum* lineae *Birkenfeldenſis* († 1704.) cum Maria Eſther *de Witz-*

leben

leben 1696.; III) Chriſtiani Caroli *ducis Holſatiae* lineae *Ploenenſis* († 1706.) cum Dorothea Chriſtina *de Eichelberg* 1702.

(c) Capitvl. (1742.) art. 22. §. 4. vid. §. 24. *a.*

(d) Hac nimirum mente datae Imperatori ſunt *litterae electorum collegiales* d. 14. Febr. 1742. ad capit. art. 22. §. 4. Mißheyrathen betreffend, verbis ſequentibus: — — "ſo nöthig ſeyn will, wegen eines eigentlichen regulatiui derer dafür zu haltenden etwa noch zweifelhaftig ſcheinenden Mißheirathen die nähere Abmaaß gründlich erſtmöglichſt zu Stande zu bringen; Wannenhero = = = darüber ein forderſamſtes Reichsgutachten zu erfordern, und dieſe Nothwendigkeit zu einem allgemeinen Reichsſchluß zu befördern."

(e) Nouiſſimum huius rei exemplum contigit in matrimonio Friederici Erneſti comitis de *Lippe-Alverdiſſen* (n. 1694.) et Philippinae *de Frieſenhauſen* a. 1722. inito, quod nempe anſam praebuit mandato *de non turbando natos comitis S. R. I. immediati in poſſeſſione vel quaſi nobilitatis auitae, adeoque non mutando tenorem litterarum inueſtiturae* etc. S. C. a conſilio imperiali aulico d. 12. Iul. 1753. decreto cum contra Landgrauium Haſſiae Caſſellanum, tum contra comitem regentem de Lippe-Bückeburg, quod recenſetur in Moſers Staatsarchiv 1753. part. 11. p. 350. et in Struben rechtl. Bedenk. tom. 2. p. 507. ſq. Cui addenda *paritoria* d. 9. Mai. 1754. in Moſers Staats-

arch.

arch. 1754. part. 8. p. 287., e qua adparet, ſolum landgrauium ſe oppoſuiſſe mandato illi, comitem agnatum autem morem ei iam ante paritoriam geſſiſſe.

(f) Inſtar omnium nominaſſe hic ſufficiat Kopp *de inſigni diff. inter comites et nobiles* ſect. 3. §. 5. p. 237. ſq., Mannsbach *de matrimon. principis cum virgine nobili*, G. L. Boehmer diſſ. *de impari matrimonio*, et Struben rechtl. Bedenk. tom. 2. n. 135. p. 502. ſq. Quodſi licuerit, quid ſentiendum mihi quidem videatur, ingenue profiteri, I) quod ad *matrimonium principis cum femina nobili* attinet, omnino 1) *leges antiquiſſimae*, tantum commixtionem ingenuilem et ſeruilem prohibentes (§. 25. *b.*), proprie huc trahi non poſſunt; ſed velim obſerues a) necdum eo tempore fuiſſe illud inter nobiles et ingenuos, quale poſthaec in medio aeuo ceu inter duos plane ſeparatos perſonarum ordines inualuit, diſcrimen; nihilominus tamen b) iam tum ſatis emicuiſſe odium matrimonii inaequalis vniuerſe genti noſtrae proprium; et ſi vel maxime c) illud non tam ex inaequalitate ordinis, quam ex ignominia ſeruilis conditionis enatum fuiſſe contenderis; certe *miniſterialis conditio*, a qua vix vllius hodiernae familiae nobilis maiores immunes doceri poſſunt, non multo minorem praebere potuit principibus rationem, vt a feminarum miniſterialium vel ex tali familia oriundarum matrimoniis abſtinerent, prolique ex tali matrimonio ſuſcipiendae ius ſuccedendi negarent. Quumque 2) in aprico ſit, per omne

omne *medium aeuum* ad hanc vsque diem nil feciſſe reliqui familias principum Germaniae, vt hanc ſuam praerogatiuam illibatam conſeruarent; non tam difficile quidem eſt, probationi iuris ſola conſuetudine conſeruati controuerſiam et qualemcumque dubitationem mouere; ſed a) cogitandum tamen eſt, multo plura, eaque certiſſima tamen familiarum illuſtrium iura vix fortioribus niti probationibus conf. Strube Nebenſt. part. 5. p.253.); quare b) tuto adhuc exſpectatur probatio contrarii, eaque in eo ponenda, vt doceatur, familias Germaniae illuſtres patienter tuliſſe, vt ſoboles ex coniugio principis feminaeque nobilis progenita in terris auitis, *contradicentibus licet agnatis*, ſuccederet. Nec enim c) ſufficit vnum alterumue iudicatum caeſareum, quo, quam clare conſtat, e quonam fonte profluxerit, tam parum euerti potuit autonomia familiarum illuſtrium, quam in hac re conſeruari tam enixe ad hanc vsque diem illae ſtuduerunt. Quae omnia ſi II) de *matrimonio comitis cum femina nobili* eadem ratione perpenderis; multo plura quidem deprehenduntur exempla talium coniugiorum, maxime ſi non regentes nouique comites in cenſum venerint. Quum vero in principiis hic omnino eadem ratio obtineat, nec certe argumentum valeat a nouis comitibus ad antiquos, et ab eo, quod conſentientibus agnatis paſſim contigit, ad id, quod familiae illuſtri totique comitum antiquorum ordini de conſeruando ſplendore ſuo ſollicito tueri fas eſt; ſaltem durum videtur, obtrudere illuſtri huic ordini no-

va

Digitized by Google

va iura, quibus citra culpam eorum, quorum maxime intereſt, priſtinae cum principibus communi praerogatiuae tantum detrimentum inferretur. Sed ob proximum ſane periculum imminens ſuaſerim cum vniuerſo ordini tum cuilibet familiae, vt cautius huic rei pactis legibusque familiae in anteceſſum proſpiciatur.

§. 27.

Illegitimae prolis plane nulla in terris paternis ſucceſſio eſt (a). Nec vel qualitercumque *legitimata* illuſtrium progenies ad ſucceſſionem in territorio admittitur. Etiamſi enim textum iuris feudalis legitimatos a ſucceſſione in feudo excludentem (b) plerique tantum non omnes olim ICti de iis ſolum, qui *per reſcriptum principis* legitimi fiant, interpretati fuerint, legitimatos autem *per ſubſequens matrimonium* ex rationibus iuris communis (c) ad ſucceſſionem admiſerint (d); cui quidem interpretationi iam perantiquae (e) et fere vſuali (f) non pari cura vbique obuiam itum fuit (g); tamen *in familiis* Germaniae *illuſtribus* etiam *per ſubſequens matrimonium legitimati* tanto magis *a ſucceſſione arcentur*, quanto fortior accedit alia ratio, quod *matrimonium* tale vix aliud, quam *inaequale*, cogitari queat (h). IV) Illegitimi, licet 1) qualitercumque legitimati;

(a) Au-

Digitized by Google

(a) Auctor vetus de beneficiis cap. 1. §. 4.: — "*In fornicatione nati — iure carent beneficiali.*" Ius feud. Sax. art. 2.: "— Alle die unächt gebohren ſind, — ſollen Lehnrechts darben."

(b) II. F. 26.: "*Naturales filii, licet poſtea fiant legitimi, ad ſucceſſionem feudi, nec ſoli, nec cum aliis admittuntur.*"

(c) L. 10. C. *de naturalibus liberis;* Cap. 6. X. *qui filii ſint legitimi.*

(d) Cviacivs lib. 4. *feud.* tit. 11., Schrader *de feudis* part. 7. cap. 5. n. 21., Rosenthal *de feud.* cap. 7. concl. 18. n. 1. ſq. Cum quibus comparari tamen merentur 1) Ioh. Friedemann Schneider diſſ. *de ſucceſſione legitimatorum in feudis*, Hal. 1706.; 2) Ioh. Gottfr. Baver diſſ. *de ſucceſſione legitimatorum per ſubſequens matrimonium exſule in feudis*, Lipſ. 1734.; 3) Ge. Henr. Ayrer progr. *de excluſione legitimatorum a ſucceſſione feudali*, Goetting. 1755.

(e) Ius prouinciale Alemannicum cap. 378. (in Senkenb. *corp. iur. Germ.* tom. 2. p. 456. ſq.): "Hat ein Mann eine Frau zu ledigliche Dingen, und hat Kinder, wenig oder viel; und nimmt er ſie darnach zu rechter Ehe; was Kind ſie mit einander gehabt haben, da ſie einander zur Ehe nahmen; da ſind ſie alle rechte Ehekinder worden, und erben eigen und Lehen von Vater und von Mutter, und von andern ihren Freunden, als wohl, als die Kinder, die ſie darnach gewinnen." G. L. Boehmer *princip. iur. feud.* lib. 1. ſect. 1. cap. 7. §. 123. c.

(f) Myn-

(f) Mynsinger cent. 5. *obſ.* 5. n. 1., Gail lib. 2. *obſ.* 141. n. 2., Hartm. Pistoris lib. 2. *quaeſt.* 41., Carpzov part. 3. conſt. 28. *def.* 18., Myler *gamologia* cap. 24. §. 2., Reinharth *ad Chriſtinaeum* vol. 6. obſ. 9. p. 18. Reichshofraths = concluſum d. 23. Dec. 1715.: "Wird des Hans Chriſtoph von Künsberg per ſubſequens matrimonium legitimirter Sohn Philipp Henrich von Künsberg in poſſeſſorio davor, et pro ſucceſſionis capace, tam *in feudis* et fideicommiſſis, quam allodio erkläret; und iſt in der Canzley an ſtatt Wohſern künftighin von Künsberg zu ſetzen." Moſers R. H. R. P. tom. 3. cap. 3. §. 13., Nevmann *ius priu. princ.* tom. 3. p. 47. §. 71.

(g) Vide e. g. conſtitutionem Haſſiacam in Geiſen Teutſchen corp. iur. p. 486. legesque Brunsuico - Lüneburgicas d. a. 1593. et 1601. in den Calenbergiſchen Landes = Conſtitutionen tom. 4. p. 32. 49. Pvfendorf tom. 1. obſ. 90. p. 227.

(h) Praecipua, quae ad eruendam obſeruantiam huc referri queunt, exempla ſunt Alberti degeneris marchionis *Miſniae* († 1314.) et *Cunigundae ab Eiſenberg;* Philippi comitis de *Falkenſtein* ductaeque ab eo 1552. *Caſparae Holtey;* Leopoldi Eberhardi ducis *Würtenbergenſis* et *Eliſabethae Charlottae de l'Eſperance* 1714. Moſers Staatsr. tom. 22. p. 306. Nec vel vllo, quod ſciam, exemplo legitimati ſic per ſubſequens matrimonium ad ſucceſſionem in principatu vel comitatu admiſſi ſunt. Prudenter lex familiae Auſtriacae a. 1703.

ad ſucceſſionem diſerte requirit, "*deſcendentes* legitimos *non legitimatos*;" Moſers Staatsr. tom. 12. p. 418. Pactumque nonnullorum Saxoniae ducum ac principum Anhaltinorum a. 1717. initum, vt caueantur disparagia, "und die aus ſolchen mesalliancen öfters folgende Legitimationen derer auch außer der Ehe erzeugten Kinder" vide in Moſers Staatsr. tom. 19. p. 236.

§. 28.

2) qua liberi naturales tamen alimentariae prouiſionis et legati capaces.

Ceterum *liberi* principum imperii *illegitimi* (a), modo a patre agnoſcantur (b), *omnes* cenſentur *iure liberorum naturalium* (c), non attento iuris Romani diſcrimine, vtrum e concubina, an ex alio qualicumque etiam damnato coitu ſuſcepti fuerint (d)? Quare cum *alimenta* e bonis paternis iis debentur (e), tum et largioribus a patre *legatis* ex bonis eius liberae diſpoſitioni ſubiectis prouideri poſſunt (f). Idemque propterea et de liberis *principum eccleſiaſticorum* naturalibus recte ſtatuitur.

(a) Ioh. Sam. Stryck diſſ. *de liberis naturalibus regum et principum*, Hal. 1704.

(b) Pertinet huc larga exemplorum ſeges in Moſers Staatsr. tom. 22. p. 324. ſq., addito in fine monito: "Er habe nur von den natürlichen Kindern der Reichsſtände geredet, welche von ihren Vätern ſelbſten, und zwar öffentlich, dafür erkannt worden. Denn wer wollte eine Liſte derjenigen verferti-

fertigen, welche von ihnen herkommen, aber entweder gar nicht, oder doch wenigſtens nicht öffentlich, dafür erkannt worden ſind?" Moſer *l. c.* p. 386. §. 37.

(c) Moser diſſ. *de legitima ſtatuum imp.* §. 29. in eius *ſelectis diſſ.* p. 228., Struv *iuriſpr. her.* tom. 3. cap. 6. ſect. 1. §. 8.

(d) Nou. 89. cap. 15.: "Omnis, qui *ex complexibus* aut *nefariis*, aut *inceſtis*, aut *damnatis* „proceſſerit, iſte *neque naturalis nominatur*, *neque* „*alendus* eſt a parentibus, *neque habebit quoddam* „ad praeſentem legem *participium*." Nov. 74. cap. 6.: — "ſed ſit *ſupplicium* etiam hoc *patrum*, „vt agnoſcant, quia neque quidquam peccatricis „concupiſcentiae eorum habebunt filii."

(e) Vide e. gr. Reichshofraths-conclusum d. 9. Dec. 1737. in Sachen von Mecklenburg, Chriſtiana Maria, Louiſe Charlotte, und Juliana, contra Herrn Carl Leopold Herzog zu Mecklenburg-Schwerin, in puncto alimentorum: "Dieſen drey natürlichen Töchtern beſagten Herzogs die ihnen ausgeworfene Summe von 1500. Rthlr. alljährlich richtig aus den Cammergefällen zahlen zu laſſen, auch vorzuſchlagen, wo dieſe drey natürliche Töchter im Lande ferner wohl erzogen und von obigem quanto verpfleget werden könnten?" Moſers Staatsr. tom. 22. p. 443.

(f) Huc pertinet e. gr. 1) legatum, quod Antonius Güntherus vltimus comes de Oldenburg et Delmenhorſt filio ſuo naturali Antonio de Aldenburg

burg ex allodio ſuo reliquit, Moſers Staatsr. tom. 22. p. 346. 374. II) Concluſum conſilii imp. aul. d. 25. Iun. 1743. in Sachen der Gebrüder, Friedrich Wilhelms und Carls Ludewigs von Mecklenburg (natürlicher Söhne des Herzogs Friedrich Wilhelms von Mecklenburg) contra den Herrn Herzog zu Mecklenburg in puncto legati: — "zu Abführung des den Gebrüdern von Mecklenburg vermachten legati — die von beſagtem Herzog Friedrich Wilhelm — neu angekaufte adeliche Güter — anzuwenden" ꝛc. Moſers Staatsr. tom. 22. pag. 339.

§. 29.

IV) Adoptiui.

ADOPTIO iis, qui a primo adquirente haud deſcendunt, ab eo ſolo repetendum *ius ſuccedendi* tribuere nequit (a). Nec vel *ordinem ſuccedendi* in praeiudicium aliorum turbare poteſt (b).

(a) II. F. 26. §. 8.: "*Adoptiuus* filius in feudum „*non ſuccedit.*" Ern. Fried. KNORRE diſſ. *de ſucceſſione adoptiuorum in feuda*, Hal. 1753.

(b) Exempla illuſtria adoptionum varia mente varioque ſucceſſu factorum videſis in Moſers Staatsr. tom. 22. p. 398. ſq. et in NEVMANN *iure priu. princ.* tom. 3. p. 88. ſq.

CAP. IV.

CAP. IV.

DE ORDINE SVCCEDENDI ADMISSA DIVISIONE.

§. 30.

E regula inter aequales ordine olim diuiſio facta.

In *ordine ſuccedendi* (§. 14.) primaria diffe-rentia eſt, an DIVISIO inter plures aequali ordine conſtitutos admittatur, nec ne. Et *olim* quidem prius fere vniuerſe obtinuit (a), vnde modus iſte ſuccedendi ante omnia adhuc exponendus eſt. Etiamſi vero in eo, vt aequales inter ſe diuidant, *ius Romanum* hic amice conſpirare videatur; certe tamen ex hocce iure hanc rem haud repetiere maiores noſtri (b). Quapropter quamdiu quacumque ratione familias illuſtres iura priſtina haud deſeruiſſe conſtat, merito non ſtatim ad ius Romanum confugiendum eſt, ſed ex *natura rei* et ex vera priſtini *iuris patrii* indole, ab eo nimirum tempore, quo adhuc incognitus in Germania in primis inter illuſtres iuris Romani vſus erat, rem repetere fas eſt (c).

(a) Vide in primis exempla a ſeculo XI. inde collecta in STRVV *corp. iur. publ.* cap. 31. §. 2. p. 1157. et in NEVMANN *iur. priu. princ.* tom. 5.

p. 111.

p. 111. ſq., deinde nouiora in Moſers Staatsr. tom. 15. p. 3. ſq., et quae ex iis de regula et frequentia factarum olim diuiſionum recte concluduntur in Moſers Staatsr. tom. 14. p. 502. et in Cramers Wetzlariſchen Nebenſtunden tom. 21. p. 27. ſq. Occaſione reſtitutionis decretae filiis proſcripti Ioannis Friederici Saxoniae ducis in R. I. 1570. §. 40. ſtatuitur: "Commiſſarien zu verordnen, ſo förderliche gebührliche Theilung aller Landſchaften und Güter mit ihrem Vetter, Herzog Hans Wilhelmen, vornehmen ſollen."

(b) "Vix ferendi ſunt (inquit NEVMANN *iur. priu. princ.* tom. 5. p. 110.) "*Schilterus*, *Thomaſius*, *Ludolfus*, *Titius*, aliique, dum aequalem „principatuum in Germania diuiſionem a recepto „iure Romano arcent. Nam prius longe diuiſio„nes, quam ius Romanum, inualuere; vtut rece„pto iure Romano maius diuiſionibus incrementum „acceſſiſſe, non negauerim." Id quod in primis illuſtratur teſtimonio LAMBERTI SCHAFFNABVRGENSIS, qui ad a. 1071., Rupertum Flandriae comitem exprobraſſe narrat fratri ſuo ſeniori Balduino: "*quod totam communis patris hereditatem, quam* IVRE GENTIVM *ſecum diuidere* „*debuiſſet*, *ſolus*, *ſine conſorte obtineret*."

(c) Non adſentiendum itaque mihi videtur ratiocinio SCHRADERI *de feudis* part. 7. cap. 6. n. 11. ſq. aliorumque ſtatuentium, ſemper, quando collaterales per pactum ad ſucceſſionem admittuntur, hoc eo ordine factum cenſeri, quo alias de iure communi (Romano nempe) fit ſucceſſio, quum

quum *pacta ſecundum ius commune* ſint *intelligenda.* Datur enim certe et aliud familiarum Germaniae illuſtrium ius commune, quam Romanum (§. 5.).

§. 31.

Quam ad intelligendum 1) praemittenda priſtina indoles condominii, ceu fundamenti ſucceſſionis;

Ex perantiquo nempe Germaniae more nil frequentius erat, quam vt plures vnius rei *condomini in ſolidum* et *pro indiuiſo* eſſent, ita vt non ſolum poſſeſſio, vſus, liberaque de re diſpoſitio omnium coniunctim eſſet, ſed et exſtincto condominorum vno *aut* in eius poſteros transiret atque continuaretur communio illa, *aut* improlis defuncti ius in re communi conſolidaretur reliquis adhuc ſuperſtitibus. Quorum intuitu itaque ipſum illud *condominium* erat *fundamentum ſucceſſionis;* nec proinde ſucceſſioni locus dabatur, ſi quis e communione receſſerat, ſiue condomini rem communem inter ſe diuiſerant; vti contra, ſi cui ius ſuccedendi tribuere volebant, eum in condominium recipere mos erat. Veluti qua ratione priſtina communio et ſucceſſio inter coniuges, fratres, agnatos, et vel extraneos qualescumque *ganerbios*, quos vocabant, conſtituta erat (a).

(a) Ad illuſtranda probandaque lemmata iuris priſtini Germanici, quae hic propono, quaeque ampliore illuſtratione omnino haud indigna ſunt,

 com-

commendari queunt Henr. Chriſt. L. B. de SENKENBERG *primae lineae condominii pro indiuiſo, ſiue ganerbiatus*, Goetting. 1736. et deductio ſub titulo: Die Gemeinſchaft als ein wahrer Grund der Erbfolge und der einzige Grund der Lehensfolge der Seiten-Verwandten ꝛc. zu Behauptung des Rheingräflich Grumbach- und Rheingrafenſteiniſchen Erb- und Lehenfolgs-Rechts in die Hälfte der erledigten Rheingräflich Dhauniſchen Lande, 1755. fol. Compara quoque meine Beyträge Th. 2. S. 228.

§. 32.

adeo vt 1) in feudis diuiſio tolleret ſucceſſionem mutuam,

Sigillatim ſic *in feudis* perfrequenter contingebat, vt plures ſiue fratres, ſiue agnati, ſiue extranei de eodem feudo communiter ſeu, quod vocabant, *communi manu* (geſammter Hand) inueſtirentur (a). Quo facto *et communis* omnium *vſus* erat, *et vno* e pluribus communiter inueſtitis *ſine prole decedente* reliqui *ſuperſtites ſuccedebant* (b). Nec vel impediebantur *fructuum perceptionem* inter ſe *diuidere*, aut de *alternando* in poſſeſſione et vſu rei pro certo annorum numero inter ſe inuicem conuenire (c), quod vocabant Mutſchar, Mutſchieren (d). *Diuiſione* autem *ipſius feudi* ſubſtantiae dominiique *facta*, quae quidem etiam ſine domini conſenſu fieri poterat, vna cum communione dominii vtilis *etiam ius ſuccedendi reciprocum ceſſabat* (e),

(e), eaque mente dicebatur: Theilung bricht geſammte Hand; adeo vt abhinc reuera *tot diuerſa feuda*, *quot partes*, conſtituerentur, quorum cuiusque ſingularis inueſtitura requirebatur, eamque primum nactus *inſtar primi adquirentis* erat, a quo proinde haud oriundi nec amplius ſuccedere poterant, ſed exſtincta eius progenie feudum potius *ad dominum directum reuertebatur* (f). Nec proinde alia proprie quam *deſcendentium* in feudis ſucceſſio erat (g).

(a) Egregie haec et ſequentia illuſtrauit G. L. Boehmer progr. *de feudi communis diuiſione*, Goetting. 1748., in *obſeruationibus iuris feudalis*, (Goett. 1764. 8.) p. 214. ſq.

(b) Exemplum ſatis antiquum eſt in litteris reverſalibus Theodorici domini *de Altona*, eiusque conſanguinei Wilhelmi *de Horne* a. 1230. coniuncta manu de eodem feudo inueſtitorum in Ant. Matthaei *not. ad res Vltraiect.* p. 98. verbis: "*Quicumque* vero noſtrum, ſcilicet ego et conſan„guineus meus, *absque heredibus moritur*, *alius* „praefata *bona*, *quae communi manu tenemus* in „feudo a comite, *ſolus retinebit*." Ludewig diſſ. *de ſimult. inueſt.* p. 12., Boehmer *l. c.* §. 2. p. 218.

(c) Kaiſerrecht lib. 3. cap. 12.: "*Eyn iclich* „*man ſal wiſſin der gemeine lehin hat met ander* „*ludin ader met ſynen geborn mogen der mag mor-*

 „*ſchar*

„ſchar ez en ſy met dez Keyſers gebode wie ez den „kompt ſo vorlibint en dy lcin pey den Ganerbin. „Theylet her aber ſe nach dez Keyſers rechte alſo „he ez dem Lehin hat geſazt, vorſterbin den dy ey- „ne ſythen, ſo fallen ſe in dez Keyſers hant, vnn „iſt verlorn von den ez geteylet iſt, ſint in dez ri- „ches rechte ſtet geſchrebin, Geteylet lehin dez ſal „dem riche erſterbin;" ſeu ex verſione Latina in SENKENBERG. *corp. iur. Germ.* tom. I. p. 103.: "Quilibet ſcire debet, quod, *ſi quis habeat feuda „communia* cum aliquo extra familiam aut cum „aliquo ſanguine ſibi iuncto, *etiam ſine Imperato- „ris conſenſu*, quocunque modo *diuiſionem quod „ad fructus celebrare poſſit*, quod ſi factum ſit con- „ſentiente Imperatore, manent feuda apud con- „dominos; Si vero *diuiſionem* plenam celebret ſe- „cundum iura imperii in feudis conſtituta, et ali- „qua pars deficiat, *ad imperatorem deuoluitur*, et „is non ſuccedit, qui antea partem eius habebat, „cum ſit in iure imperii definitum: Partem feudi „diuiſi ad imperium reuerti."

(d) De voce Mutſchar legi poſſunt WEHNER *obſeru. pract.* voce Mutſcharen p. 170., SCHILTER *gloſſar. Teuton.* p. 620., WACHTER *gloſſar. Germ.* p. 1109., HALTAVS. *gloſſ. Germ. medii aeui* p. 1382. Exempla congeſta vide in STRVV *corp. iur. publ.* cap. 31. §. 22. p. 1179. ſq., ESTOR diſſ. *de terrar. partition.* p. 44. ſq.

(e) *Ius feudale Alemannicum* cap. 65. §. 1. 2.: "Ein Herr mag vielen Brüdern ein Lehen leyhen, daß ſie es mit geſammter Hand empfahen, und glei-

gleiche Gewehr daran haben. Und wollen ſie ſich ſcheiden mit dem Gute, und theilen es unter ſich, das thun ſie wohl ohne des Herrn Urlaub. Wenn ſie aber das Gut unter ſich getheilet; ſo hat ihrer keiner nichts an des andern Gute. Und ſtirbt ihrer einer ohne Lehens-Erben, ſo iſt ſein Theil dem Herrn ledig ꝛc." Quae iisdem fere verbis quoque occurrunt in *iure feudali Saxonico* art. 34. Item *Auctor vetus de beneficiis* cap. I. §. 83. 84.: "Plu„res poſſunt vno inbeneficiari beneficio, ita quod „ſimul illud ſuſcipiant, et aequale ius in hoc ha„beant, *quamdiu ſimul manſerint.* Si autem volue„rint *ab inuicem ſeparari*, absque licentia domini „*diuidant* inter ſe ſecundum libitum totaliter con„ceſſum beneficium. Sed *poſtea illorum nullus in* „*parte alterius aliquod ius habebit, quum alter obie*„*rit*, niſi ſuſceperit a domino exſpectationem in „beneficio."

(f) Cum iis, quae modo ex legibus medii aeui allegata ſunt, amice hic conſpirant *diplomatum* eiusdem aeui teſtimonia, veluti I) charta capituli *Mindenſis* a. 1304., in qua prouocatur ad "iura „feudorum, quae volunt, vt feudum, quod vul„gariter *Manghot* dicitur, *poſt diuiſionem* heredita„tis per mortem feudatarii, *non ad fratres*, ſed „potius ad feudi dominum reuertatur." Scheidt vom Adel in mantiſſa docum. p. 289.; II) Diploma Balduini archiepiſcopi *Treuirenſis* et Henrici de Helfenſtein de a. 1314., quo illa ratione caſtri aliorumque bonorum huic in feudum datorum ſequentem ſuccedendi modum praeſcribit: "Semper „primo-

„primogenitus maſculus in recta linea ipſius Hen„rici *abſque diuiſione* aliqua facienda praeficiatur „ipſius caſtro, et ſuccedat in eodem cum villa et „appendiciis memoratis. — Si vero contingeret, „quod *poſſidens* dictum caſtrum *ſine herede* decedat, „bonis ſuis aliis praedictis *indiuiſis* inter fratres „ſuos, ſi quos habuerit ex parte patris, *antiquior* „dictorum *fratrum ſuccedat* in dicto caſtro: ſi vero „ſine herede proprii corporis, vel *bonis diuiſis*, „vt dictum eſt, moriatur; *ad archiepiſcopum Tre*„*virenſem*, qui fuerit pro tempore, caſtrum me„moratum et ad eccleſiam Treuirenſem *reuertatur*." Hontheim *hiſt. Treuir. diplom.* tom 2. p. 37. ſq., Boehmer *l. c.* p. 223. ſq.

(g) Huc pertinent ſanctiones iuris feudalis Saxonici art. 21. et Alemannici art. 43. §. 2., quo vtroque iisdem fere verbis ſtatuitur: "Es erbet niemand nicht ein Lehen, denn der Vater auf den Sohn." Cui conuenit teſtimonium Henrici de Segvsio, vulgo cardinalis Hostiensis († 1271.) lib. 3. *ſummae de feudis*, n. 7. p. 770.: — "De conſuetudine imperii *non ſuccedit*, *niſi filius* „*deſcendens*, et immo *reuertitur feudum ad Impe*„*ratorem*, et ipſe confert, cui vult. *Sic vidi*, „quando fui *in Alemannia*, *per proceres iudicari*." Conf. quoque Vvlteivs *de feud.* lib. I. cap. 109. n. 105. p. 530.

§. 33.

niſi reſervaretur communis manus;

Sin diuidentes *mutuam* inter ſe ſuosque poſteros *ſucceſſionem retinere vellent*; neceſſa-

ceſſarium erat, tum vt inter ſe de ea re conuenirent, tum vt domini directi adſenſus accederet, eiusque rei in quauis inueſtiturae renouatione memoria conſeruaretur; Quae eſt ratio *communis*, quam vocant, *manus*, in feudo diuiſo inter diuidentium poſteros conſeruatae, indeque natae Germanicae *ſimultaneae inueſtiturae*, geſammter Hand, und Sammtbelehnung (a). Cuius originaria ex indole iccirco intelligitur, *collateralium* abhinc in feudo *ſucceſſionem* non habuiſſe locum ex agnatione atque iure ſanguinis, ſed *ex ſola* retenta *communi manu* et ſimultanea inueſtitura; adeo vt collaterales plane non ſuccederent, niſi in ſimultanea inueſtitura comprehenſi; *nec* proinde inter eos *proximus remotiorem* excluderet, quin vel fieri etiam poſſet, vt *extraneus* plane ſimultanee inueſtitus ad ſucceſſionem admitteretur. Eaque omnia licet *iure feudali Longobardico* aliter ſe habeant (b), citra controuerſiam tamen *adhuc obſeruanda* ſunt, vbi a priſtinis illis iuribus haud receſſiſſe familias illuſtres conſtat (c).

(a) Inſigne huius rei exemplum eſt in ſequenti diplomate: "Omnibus praeſens ſcriptum legenti„bus Iohannes Dei gratia Saxoniae, Angariae, „Weſtphaliae dux, ſalutem in domino ſempiter„nam; tenore praeſentium recognoſcimus et in

„pu-

„publicum proferimus notionem, quod nos nobi-„libus dominis comitibus Holſatiae et Schomborch, „Gerhardo, Iohanni, Adolpho, Woldemaro, et „filiis domini comitis Henrici, bonae memoriae, „et eorum omnium veris heredibus perpetuo de „heredibus in heredes, *totam terram* Holſatiae et „Stormariae, vniuerſum dominium domini comi-„tis Adolphi de Segebergh, de quibus erat lis et „disceptatio inter nos et dictos dominos comites „vtrobique, *contulimus manu vnanimi*, quae „*ſambre Hand* in vulgo dicitur, iure ſeu titulo „feudali, et *non obſtante eo*, quod praecedentes „terrae et dominia, *ſiue diuidantur*, *aut* ſaltem in-„ter hos dominos comites *maneant indiuiſa*, *nihilo-„minus cuicunque heredi* dicti domini comitis aut „eorum heredes, *aliquam partem terrarum* et do-„miniorum praedictorum *aſſignare et diuidere vo-„luerint*, eidem conferimus iure feudali, *ſeruata „et obtenta manu vnanimi*, ſicut ſuperius eſt ex-„preſſum. In quorum euidentiam ſigillum no-„ſtrum praeſentibus eſt appenſum. Datum iuxta „Hamborch et actum anno 1307 in die ſexta „Mathei apoſtoli." Vid. deduct. ſub tit.: *Iuſtitia cauſae Ranzouianae* (1714.) part. 2. append. p. 8. Boehmer *l. c.* p. 230. ſq. Adde diploma de a. 1240. in Ivng. *hiſt. Benthem.* cod. dipl. p. 50., vbi ſequentia occurrunt: "Ludolfus de Stenvorde „*coadunata manu* recipiet eadem bona in feudo a „domino Oſnabrugenſi epiſcopo *cum nepote ſuo „Ludolfo*, vt, ſi contingat, eumdem ſine legitimo „herede decedere, praedictus Lud. de Stenvorde „infeodatus ſit eiusdem bonis."

(b)

(b) II. F. 11., II. F. 31.

(c) Reichshofraths-Ordnung tit. 3. §. 12.: „In welchen Geſchlechten, und in denjenigen Kreiſen, da die ſimultanea inueſtitura hergebracht und im Gebrauch, dabey ſoll ſolche auch gehalten und derſelben nachgelebet werden.“ Conf. Horn *ius feud.* cap. 12. §. 27. p. 323., Estor diſſ. de *terrarum partition.* p. 50. ſq. Exempli loco notari meretur, quod obſeruauit Nevmann *iur. priu. princ.* tom. 5. p. 220. §. 329.: Quum Maximilianus I. Imp. Henricum Mecklenburgicum pro ſe, fratribus et agnatis de ducatu Mecklenburgico inveſtiret zu rechter geſammter Hand, tabulis inueſtiturae inſertam fuiſſe clauſulam poſtmodum ſollicite retentam: “daß, wenn die Herzoge gleich ihr Land unter ſich getheilet hätten, oder noch theilen würden, ſolches an der geſammten Hand ihnen keinen Schaden bringen ſolle.”

§. 34.

Neque ſolum in feudis obtinuerunt haecce ſucceſſionis principia, ſed ſimiliter etiam *in allodiis* olim id inualuit, vt eorum quoque diuiſione poſterorum ſucceſſio reciproca ſublata cenſeretur, niſi diſerte dividentes ſibi ſuisque poſteris reſeruarent condominium in bonis diuiſis. Vnde *generatim* in familiis Germaniae illuſtribus *duplex* obtinuit *diuiſio*, altera *totalis et plenaria*, vulgo Todtheilung, qua omnis dividen-

II) In allodiis 1) ſimiliter fieri poterat diviſio totalis,

videntium communio, ideoque et ſucceſſio reciproca tollebatur; altera *minus plena*, qua poſſeſſio et vſus quidem, non ipſa proprietas, diuidebatur, ſed condominio viciſſim reſeruato etiam ſucceſſioni poſterorum reciprocae locus dabatur (a).

(a) Ex inſtituto hoc argumentum tractauit Io. Ge. ESTOR diſſ. *de terrarum partitionibus illuſtrium Germanorum inter ſe, praeſertim ea, quae vocatur* Todtheilung, *illarumque effectis, quod ad ſucceſſionem*, Marb. 1746, vbi in primis notari meretur excerptum ex Io. Ad. KOPPII *gloſſario MSto* ſub voce: *Datteyle*, *Datteylonge*, ex quo, quae proferuntur ibi, medii aeui monumenta hic adponere iuuat. Nimirum I) in diplomate a. 1280. apud IOANNIS *ſpicil.* I. p. 312. ſequentia occurrunt: "Nos Gerlacus de *Limburg* dominus et pueri „noſtri, et Ludewicus de *Iſenburg*, ac pueri no„ſtri notum facimus — quod — — *diuiſionem* „*omnium bonorum* noſtrorum, quae vulgo *datteille* „dicuntur, caſtro noſtro Cleberg attinentium, ſic „decreuimus ordinandam — Datum et actum „anno Domini MCCLXXX." Similiter II) in diplomate a. 1331.: "Wir Gottfrid, Herre zu Eppſtein, und wir Ulrich, Herre zu Hanauw thun kund — daß wir — unſer Dorf Roda hant getheilt — mer han wir — den Wald, den man heiſet Sporneygen getheilet, ein recht Toidtheil ꝛc." Denique III) in diplomate a. 1367. in SENKENB. *ſelect.* tom. 2. p. 39.: "Ich Wortwin Mor Edelknecht

knecht bekenne — um ſolch Gut und Lehen, die ich han — von Henrich Herrn zu Limpurg, — das ich eine rechte Dateylonge überkommen und gethan han — mit minen Ganerben ꝛc." ESTOR *l. c.* p. 8. Conf. quoque Chriſt. Henr. BREVNING diſſ. *de eiuratione cognationis et familiae ad legem Salicam tit.* 63. (Lipſ. 1757.) cap. 4. p. 16. ſq. et e ſcriptis occaſione ſucceſſionis Bauaricae editis I) Die Rechte der Todtheilung in ihrer Wirkung auf das jüngſthin erledigte Herzogthum Niederbaiern, in einem Sendſchreiben eines Teutſchen Rechtsgelehrten an ſeinen Freund entworfen, und fortgeſetzt: zweytes, drittes, viertes Sendſchreiben ꝛc. Frf. u. Lpz. 1778-1780. 4.; II) Diplomatiſche Unterſuchung über die Rechte der Todtheilung mit Anwendung auf die Theilung und Erbfälle im Herzogthum Baiern, Lpz. 1778. 4.

§. 35.

In *diuiſione totali* ne *nominis* quidem familiae et *inſignium* communio retinebatur; Vnde *plures* ab vno communi ſtipite oriundae *ſtirpes* perinde ac plures *diuerſae familiae* conſiderabantur (a). Quumque propterea exſtincta vna ſtirpe altera plane non ſuccederet; haud mirandum eſt, tot exempla medii aeui occurrere, quibus vel ex hoc capite *filia remotioribus agnatis* in ſucceſſione *praeceſſit* (b). qua facta pariter non locus erat ſucceſſioni reciprocae.

(a) Sic e. gr. Siegfriedi domini de *Runkel* filius primogenitus Siegfriedus idem nomen de *Runkel*

kel retinuit, a quo comites de Wied originem ducunt; alter Henricus dominus de *Weſterburg* plane alterius familiae ſator habitus. Joh. Jac. Reinhards Ausführungen part. 2. p. 106. not. *a*.

(b) Vide e. g. I) Reſponſum Tubingenſe apud Ferd. Chph. Harpprecht *de ſucceſſ.* part. 2. tract. 9. p. 728. ſq., vbi tacitum pactum fideicommiſſi remiſſorium ex diuiſione bonorum praeſumendum contenditur, et ex ea ratione filiae comitis praerogatiua in ſucceſſione prae remotioribus agnatis tribuitur; II) caſum praelatarum filiarum Saynenſium prae agnatis Witgenſteinenſibus apud Lvdolf *de iure femin. ill.* part. 2. cap. 1. §. 12. n. 1. p. 65, ibique alleg. Klock tom. 1. conſil. 7. n. 1002., Lynker *anal. ad Struu. iur. feud.* cap. 9. aph. 8. n. 7.; III) alium eiusmodi caſum in Boehmer *conſultation.* tom. 3. part. 3. reſp. 631. n. 31. p. 445.; denique IV) quae ex inſtituto tractat Joh. Jac. Reinhard von dem Erbfolgsrechte der Töchter vor den Stammsvettern, Gieſſ. 1746. 4.

§. 36.

Sed 2) et citra diuiſionem totalem alia, quam ex iure Rom., eſt ſucceſſio collateralium.

Nouior aetas totalis diuiſionis infrequentiora reddidit exempla; ſed inutilis tamen ideo haud eſt disquiſitio, qualis olim inter maiores hodiernarum vnius familiae linearum interceſſerit diuiſio. Quin in altero etiam diuiſionis genere, quod frequentius nouiore aeuo obtinuit, ex priſti-

no

no tamen iure hoc conſeruatum eſt, vt, ſi qua *ad collaterales* ſucceſſio defertur, eius verum *fundamentum a priſtina diuiſione* eique adiecta condominii reſeruatione, non a ſola agnatione repetendum ſit. Quare *quamdiu vnius diuidentis e poſteris quiſpiam adeſt, nemo ex altera ſtirpe, licet gradu vel maxime propior ſit, ad ſucceſſionem peruenire poteſt* (a); et vel vna ſtirpe exſtincta *inter plures ſuperſtites lineas non tam ſucceſſionem gradualem, quam linealem in ſtirpes* obtinere, ſi non textui II. F. 50. (b), certe principiis Germanicis, conuenit (c); niſi qua familia illuſtris iuri Romano in hac re diſerte locum ceſſerit (d).

(a) Vvlteivs *de feudis* lib. I. cap. 9. n. 112. p. 543., Boehmer tom. 2. part. 2. *reſp.* 827. n. 5., Nevmann *ius priu. princ.* tom. 5. p. 212.

(b) II. F. 50.: "Si ille, qui feudum habet, „deceſſerit nullo filio relicto: an ad omnes, vel „ad quos perueniat? quaeritur. Reſpondeo: *ad* „*ſolos*, et ad omnes, qui *ex linea* ſunt, ex qua „iſte fuit. Et *hoc eſt*, quod dicitur ad *proximiores* „pertinere. Iſti vero proximiores eſſe dicuntur *re-* „*ſpectu aliarum linearum;* ſed omnibus *hac linea* „deficientibus, *omnes aliae lineae aequaliter* vocan- „tur." Conf. Franc. Hotomanni *comm. ad libr. feud.* p. 304. ſq., Vvlteivs *de feudis* lib. I. cap. 9. n. 102. p. 522., n. 112. p. 543., Fried. a Sande *ad Geldr. conſuet. feud.* tit. 3. cap. 2.

 §. 8.

§. 8. *oper.* p. 88.; Huld. ab Eyben *elect. iur. feud.* cap. 7. n. 11. *opuſc.* p. 575.

(c) Ge. Ernſt Ludw. Preuſchen rechtliche Ausführung, daß die Lehensfolge der Seitenverwandten in theilbaren Lehen nach den Stämmen, und nicht nach dem nähern Grade zu beurtheilen ſey, Frf. 1752. fol. Reſponſum den Rheingräflich Dhauniſchen Succeſſions-Fall betreffend in meinen auserleſenen Rechtsfällen B. 1. Th. 1. S. 93. u. f. Qua in cauſa d. 20. Dec. 1764. iudicauit ſupremum camerae imperialis iudicium: "daß beklagte Herren Fürſten die nach Abgang des Rheingräflich Dhauniſchen Mannsſtamms angefallene und allhier eingeklagte Abteylich St. Maximiniſche Lehen, als auch derer dazu gehörigen Allodial-Orten mit den Herren Klägern den zwey Hauptſtämmen nach zu zwey gleichen Halbſcheiden abzutheilen ſchuldig." Conf. Ott Aug. Henr. Oelrichs *de iure et ordine ſuccedendi collateralium admiſſa diuiſione,* Hannov. 1788. 8.

(d) Sic e. gr. ſtatutum legitur in Altenburgiſchen Hauptvertrage 1672.: — "daß die ſucceſſiones in linea collaterali außer dem Fall concurrirender Brüder und Bruders-Kinder nach Ausweis der Erbverbrüderung und kaiſerlicher gemeiner Rechte in allen Fällen nach Nähe des Grades und der Sippzahl geſchehen ſollen." Lvdolf *de iure primogen.* (1733.) poſt praef. E contrario in pacto Anhaltino d. 22. Iun. 1665. diſerte cautum: Wenn eine Linie ausgehet, ſollen alle drey andere Linien gleich erben. Beckmanns Anhalt. Chron. Th. 1. S. 506. §. 3.

Digitized by Google

§. 37.

Ceterum quamprimum plures vna ad ſucceſſionem in territorio admittuntur, ex priſtina familiarum illuſtrium obſeruantia *aut* in communione poſſeſſionis et vſus manent, *aut* de alternatione inter ſe conueniunt, *aut* denique ad diuiſionem procedunt. Iisque cunctis in caſibus omnes et ſinguli eiusmodi ſucceſſores non ſolum *immedietatem* anteceſſoris retinent, ſed et aeque *domini territoriales* ſunt, et, qua voti et ſeſſionis in comitiis participes, *ſtatus imperii.*

II) Admiſſis pluribus aut communio, aut alternatio, aut diuiſio fieri poteſt.

Cap. V.

DE ORDINE SVCCEDENDI EX MAIORATV ET PRIMOGENITVRA.

§. 38.

Diuiſioni, aliisque ſuccedendi modis, quibus ſucceſſio ad plures deferri poteſt, indeque oriundis incommodis *opponitur* alter ſuccedendi modus, quo *ſucceſſio ſemper tantum vni* defertur, isque *generatim*, quatenus *maior natu* aliis praefertur, MAIORATVS dicitur. Cuius tamen *tres ſpecies* ſunt: 1) SENIORATVS, quando ſem-

Diuiſioni opponitur maioratus, ſenioratus vel primogenitura.

ſemper is ſuccedit, qui *ſenior aetate ex tota familia* eſt; 2) MAIORATVS in ſpecie ſic dictus, ſi *inter plures eiusdem gradus* modo *ſenior* reliquis praefertur; 3) PRIMOGENITVRA, ſi ſemper *antegenitus* eiusue deſcendentes praeferuntur poſtgenitis eorumque poſteris (a).

(a) Scripta de iure primogeniturae in genere hic notari poſſunt potiſſimum ſequentia: 1) Ioh. MEHLBAVM *de iure primogeniturae*, Helmſt. 1611.; 2) Arn. ENGELBRECHT *de ſucceſſione in electoratibus ex iure primogeniturae*, Hal. 1614.; 3) Marq. FREHERVS *de ſucceſſione principum in primogenitis et eorum heredibus*, Hildeb. 1615.; 4) Iac. THOMASIVS diſſ. *de iure primogeniti*, Lipſ. 1657.; 5) Sam. REYHER *de iure primogenitorum*, Goth. 1666. 12.; 6) Ioh. Ioach. ZENTGRAV *de praerogatiua primogeniti quoad ſucceſſionem*, Wittenb. 1668.; 7) Caſp. QVESTELII diſcurſus *de primogeniturae vi et conditionibus*, Ien. 1671.; 8) Ioh. Phil. SLEVOGT diſſ. *de iure primogeniturae et maioratus*, Ien. 1694.; 9) Ioh. SCHVLZE *de primogenitura, cui e geminis adiudicanda*, Francof. 1695.; 10) Ier. SPITZ *de ſucceſſionibus ex iure primogeniturae*, Altorf. 1669.; 11) Ioh. KLEIN *de dubio primogeniturae iure*, Roſt. 1697.; 12) Chriſtoph. Lud. STIEGLITZ *de immutabilitate iuris primogeniturae*, Lipſ. 1699.; 13) Geor. Melch. de LVDOLF *de introductione iuris primogeniturae*, Ien. 1703. 4.; edit. 3. ibid. 1733.

Digitized by Google

1733. fol. Conf. quoque ſupplementa in eiusd. *Symphorem. conſult. et deciſ. forenſ.* tom. 2.; 14) Ioh. Friedr. HERTLING *de iure primogeniturae principum Germaniae*, Heidelb. 1711.; 15) Ioh. Ludou. WIEDERHOLDT diſſ. *de praerogatiuis primogenitorum illuſtrium*, Herborn. 1714; 16) Fried. Car. VOIT A SALZBVRG *de emolumentis territoriorum Germaniae ex iure primogeniturae deſcendentibus*, Lipſ. 1718.; 17) Franc. Ge. Andr. HEILAND *de ſucceſſione ſecundum ius primogeniturae*, Erf. 1734.; 18) Ioh. Sim. SEYFRIED *de iure primogeniturae conſuetudine introducto*, Marb. 1735.; 19) Io. Vlr. CRAMER *de valida et inualida iuris primogeniturae abolitione*, Marb. 1739.; 20) Ge. Wilh. WAGNER diſſ. *de mutatione ſucceſſionis in familiis illuſtribus*, Gieſſ. 1740., quae praecedenti potiſſimum oppoſita; 21) Io. Gottfr. BAVER diſſ. *de primogenitura ſine conſenſu ſuperioris ordinata*, Lipſ. 1753.; 22) Ge. Lud. BOEHMER diſſ. *de ordine ſuccedendi ex iure primogeniturae inter coinueſtitos in feudis imperii, ſpeciatim in dynaſtia Schauen*, Goett. 1765.; 23) Car. Chph. HOFACKER diſſ. *de originibus et fatis ſucceſſionis ex iure primogeniturae in familiis illuſtribus Germaniae*, Goetting. 1771.

§. 39.

Nec *ſenioratui*, nec *maioratui* in ſpecie ſic dicto in familiis Germaniae illuſtribus facile locus eſt, niſi ex plane ſpeciali forte diſpoſitione intuitu certorum bono- pro ſpeciali cuiusque familiae diſpoſitione.

 rum

rum iuriumue (a). Neque magis quidem *primogenitura* lege generali nititur, nec vel ea itaque, vbi ſpeciatim haud introducta eſt, valet. Verum ex quo *aurea bulla* in electoratibus (b), et nonnulli in primis teſtatores illuſtres ab exitu ſeculi XV. inde in vniuerſa familiae ſucceſſione eam non ſine fructu ſtabiliuerunt (c); exempla haec indies plures ſecutae ſunt familiae illuſtres, vt hodie perpaucae ſuperſint, quae non hoc iure vtantur (d).

(a) Moſers Staatsr. tom. 22. p. 450. ſq.

(b) A. B. cap. 7. §. 2. 3. vid. ſupr. §. 21. *h.* p. 40., CAPITVL. (1690. ex mon. Sax.) art. 1. §. 2.: — "inſonderheit auch die weltlichen Chur-häuſer bey ihrem Primogenitur-Rechte, ohne daſ-ſelbe (omiſſ. 1711.: wider die Gebühr) reſtringiren zu laſſen, beſage der G. B., ſonderlich des 13. Titels — laſſen" ꝛc.

(c) Primum forte locum hic meretur diſpoſitio Alberti Achillis electoris Brandenburgici de a. 1473. Moſers Staatsr. tom. 12. p. 507. ſq., tom. 13. p. 422. §. 4. Pauli Preuſſiſche Staats-geſchichte Th. 1. S. 301.

(d) Moſers Staatsr. tom. 13. p. 429. ſq.

§. 40.

Speciatim ex primogenitura 1)

Vi huius primogeniturae iuris nunc *ordo ſuccedendi* ſatis certus eſt, vt in ſucceſ-

ceſſione deſcendentium ſemper primogenitus eiusque poſteritas excludat omnes poſtgenitos, et in ſucceſſione collateralium ſimiliter non ſolum ipſe antegenitus quisque, ſed et ab antegenito qui deſcendit, omnem poſtgenitum vel a poſtgenito oriundum excludat; adeo vt *numquam poſtgenitus vel a poſtgenito oriundus ad ſucceſſionem peruenire* poſſit, *quamdiu antegenitus vel ab antegenito oriundus adeſt.* Quare quum et antegeniti cuiusque poſteritas, ceu *linea antegenita*, praecedat omni a poſtgenitis oriundae poſteritati, ceu lineis poſtgenitis; ſpeciali ſenſu LINEALIS SVCCESSIO ex primogenitura obtinet (a). ſucceſſio lienalis eſt;

(a) Comparari poſſunt de hac ſucceſſione lineali ſcripta occaſione ſucceſſionis Palatinae ſequentia: 1) Ioh. Wolfg. TEXTOR diſſ. *de ſucceſſione ex linea*, Heidelb. 1685. et in eiusd. *Diſſert.* part. 1. p. 418.; 2) Ioh. SCHILTER *commentatio ad libri II. conſuetudinum feudalium tit. 50. de natura ſucceſſionis feudalis, in qua linealis quoque ſucceſſionis origo atque vſus in foro Germanico ſuccincte exponitur,* Argent.; 3) Ioh. Wolfg. TEXTORIS *ſucceſſio linealis per ſe et in electoratibus imperii ſecularibus ex 2. F. 50. et aurea bulla Caroli IV. imp. nec non eiusdem et Sigismundi Imp. bullis ſpecialibus defenſa atque declarata*, Francof. 1698.; 4) Idem liber *cum notis* Ioh. SCHILTERI, huiusque *mantiſſa ad commentationem de natura ſucc. feud.*,

 Ar-

Digitized by Google

Argent. 1699.; 5) Ioh Wolfg. TEXTOR *mantiſſa pro ſucceſſione lineali* mantiſſae impugnanti oppoſita, Francof. 1699.; 6) Eadem mantiſſa cum *notis* SCHILTERI in huius tractatu *de paragio et apanagio*, Argent. 1701.; Add. 7) Frid. Vlr. PESTEL diſſ. *de iudice in dubia ſucceſſione lineali et graduali principum*, Rint. 1719.

§. 41.

2) Ad primogenitum ſolum omnia redeunt,

Quicumque iure primogeniturae ſuccedit, *ſolus* in territorio vi iuris illius ad ſe delato *dominus territorialis*, *ſeu princeps regens* eſt, (der einige regierende Herr), cunctaque territorio et familiae adnexa iura ſolus obtinet; excluſis omnibus poſtgenitis aut poſtgenitorum poſteris. *Dignitatem* tamen *familiae poſtgeniti retinent*, eique vt conuenienter viuere poſſint, iis proſpici debet (a).

(a) A. B. cap. 25. §. 5.: "Qui (primogenitus „elector) tamen apud alios fratres et ſorores ſe „clementem et pium exhibebit continuo iuxta da„tam ſibi a Deo gratiam et iuxta ſuum beneplaci„tum et ipſius patrimonii facultates; ſciſſione ſeu „dimembratione principatus et pertinentiarum eius „ſibi modis omnibus interdicta."

§. 42.

modo 3) proſpiciatur poſtge-

Qua in re primi hodiernae primogeniturae auctores, *analogiam* potiſſimum *vi-*

dua-

dualitii atque *deputati* filiarum innuptarum ſecuti, hunc fere modum ſeruarunt, vt *aut* certas *terras* poſtgenitis in vſum darent, *aut reditus* ſolum *annuos* illis conſtituerent, qui *in pecunia numerata* potiſſimum, ſeu partim quoque *in naturalibus* conſiſtere ſolent. Generatim vero id, quod poſtgenitis, vt pro dignitate viuere poſſint, adſignatur, vocari ſolet eorum *deputatum*, item Unterhalt, Alimenten-Gelder, Abfindung ꝛc. Eoque in definiendo ſuas quisque vires ceterasque familiae circumſtantias potiſſimum conſuluit; deinde vnus alterius exempla in ſuo quisque ordine, vt fieri ſolet, ſecutus. In eo certe omnes conueniunt, vt poſtgenitis deputata *non in vim diuiſionis, ſed prouiſionis* adſignentur (a).

nitis, vnde viuere poſſint.

(a) In genere huc pertinent ſequentia ſcripta: 1) Ge. Henr. SPRINGSFELD *de apanagio*, Erf. 1641. Brem. 1664.; 2) Wilh. LEYSER *de apanagio*, Wittenb. 1663. item in Ahasu. FRITSCH. *exercit. iur. publ.* part. 3. p. 425.; 3) Ioh. Melch. HOFMEISTER *de iure apanagii*, Argent. 1670.; 4) Wern. Theod. MARTINI diſſ. *de apanagio*, Wittenb. 1684.; 5) Henr. COCCEIVS *de ſucceſſione apanagii*, Vltraiect. 1690. in eius diſſert. vol. 1. n. 73. et in MEIERI *corp. iur. apanag.* p. 210.; 6) Loth. Sigism. A MINKWITZ *de paragio*, Wittenb. 1697.; 7) Ioh. SCHILTER *de paragio et apa-*

apanagio, Argentorat. 1701.; 8) Ioh. Nic. HERTIVS *de commentitia apanagii et paragii diſtinctione in Rom. Germ. imperii principatibus profanis et comitatibus*, Gieſſ. 1709. in eius *opuſc.* vol. 2. tom. 2. p. 59.; 9) Ioh. Henr. BOECKLER diſſ. *de iure primogeniturae et apanagii*, Argent. 1712.; 10) Ioh. Aug. DE BERGER *ius apanagiale*, ſiue disquiſitio *de ſtatu principum et comitum in Germania apanagiatorum immediato huiusque origine, natura, effectu*, Lipſ. 1725.; 11) Ioach. MEIERI *corp. iur. apanagii et paragii*, Lemg. 1727. fol. in quo praeter editoris commentationem *de apanagii et paragii antiquitate et vtilitate* reliquae hactenus recenſitae ſcriptiones collectae ſunt; 12) Frid. GÜRTLER diſſ. *de apanagiatis, in primis imperii principibus*, Baſil. 1727.; 13) Lebr. Wilh. Henr. HEIDENREICH exercitatio *de iuribus, praeſertim vero iurisdictione et imperio, principum imperii apanagiatorum in miniſtros et officiales in territorio principis primogeniti et regentis*, Erf. 1736.; 14) Ioh. Iac. MOSER diſſ. *de legitima S. R. I. ſtatuum liberorum vtriusque ſexus*, Francof. ad Viadr. 1738.; 15) Opusculum meum *de augendo apanagio auctis reditibus natu maximi filii, penes quem imperium eſt, vulgo primogeniti regentis*; cum *praefat.* Ioh. Adami KOPP *de incongrua adplicatione paragii et apanagii improprii ad familias Germanorum illuſtres*, Ien. 1745. 4.; 16) Beni. Car. Henr. HEIDENREICH diſſ. *de iure apanagii comitum S. R. I. mediatorum in Saxonia conturbata re familiari*, Lipſ. 1785.; 17) Mein rechtliches Bedenk

denken über die in der Heidenreichiſchen Disputation (num. 16.) aufgeſtellten Grundſätze ꝛc. 1785.; 18) Ioh. Car. Dav. Zimmermann diſſ. *de iure apanagii in proceſſu conturbationis ſeu concurſus illuſtrium*, Goetting. 1786.; 19) B. C. H. Heidenreichs Erörterung der (num. 17.) gegen ſeine Inaugural-Diſſ. aufgeworfenen Zweifel ꝛc. Dresd. 1787.

§. 43.

Romani iuris LEGITIMA reuera nullo modo huic inſtituto quadrat; nec tamen impediri potuerunt ICti ad condenda primogeniturae ſtatuta adhibiti, quo minus paſſim et *nomen legitimae* adhiberent, et vel *proportionem* eius ante oculos habere praetexerent, et denique *honorabilem inſtitutionis titulum* interponere ſimularent; quae reapſe tamen omnia abſona et incongrua hic ſunt, recteque proinde negliguntur. Qua in re a) nec legitimae locus eſt,

§. 44.

Alii, quum exterorum ICtorum opera conſulerent, reperto in iis APANAGII nomine delectati, haud difficulter effecerunt, vt fere tota Germania delicias illas peregrini nominis adoptaret (a). Quumque deinde in re ipſa tamen non omnia ſatis conuenire deprehenderent, alii ad diſtinctionem *apanagii proprii* et *improprii*, nec doctrinae de paragio et apanagio;

alii

alii ad differentiam *apanagii* et *paragii* plane confugerunt; adeo denique plerique tantum non omnes a ſimplicitate inſtituti mere Germanici aberrantes, vt omnino neceſſarium ſit poſtliminio in hanc viam reuertere (b).

(a) Conf. e. gr. I. P. O. art. 4. §. 12.

(b) Huc pertinet ſingularis controuerſia enata poſt editum Hertii libellum, allegatum ſupra ad §. 42. num. 8., quem ſcilicet inſecuta ſequentia ſcripta: 1) Chriſt. Thomasii ſ. *reſpond.* Ephr. Gerhard *vindiciae diſtinctionis inter paragia et apanagia*, Hal. 1709.; 2) *Epiſtola amici ad amicum occaſione duarum diſſertationum* etc. (Hertii et Thomaſi.) 1710.; 3) Ioh. Henr. Lombardi trutina trium quaeſtionum controuerſarum: 1. *an principes paragiati ſint ſtatus imperii?* 2. *an commentum ſit diſtinctio inter paragium et apanagium?* 3. *an comitatus inferior Cattimelibocenſis principibus Haſſo-Rheinfelſenſibus in paragium vel apanagium datus ſit?* Frf. et Lipſ. 1710.; 4) Diſcipuli Hertiani *Diſcuſſio atque caſtigatio vindiciarum diſtinctionis inter paragia atque apanagia, quas contra I. N. Hertii ICti diſſertationem — publicauit M. E. Gerhard.* Acceſſerunt nonnullae *animaduerſiones in I. H. Lombardi trutinam* trium qnaeſtionum etc.; 5) Ephr. Gerhardi *libellus reuiſionis, obſcuro iudici, qui ill. Hertiano nomine abuſus eſt, et de vindiciis Halenſibus diſtinctionis Schilterianae inter paragium et apanagium non rogatus ſententiam*

am tulit, pro impetranda emendatione ſententiae oblatus, Freyſt. 1710.; 6) Ioh. Hoeck epiſtola ad I. H. Lombardum, qua contra eum probatur, *P. H. R. inter ſtatus imperii collocari non poſſe*, ſimulac eius, quibus domus Haſſo-Caſſellanae ſuperioritatem et dominium ſolitarium mutilare conatur, in trutina prolata argumenta refutantur, 1711.; 7) Ioh. Henr. Lombardi *autoſchediasma* ad epiſtolam Io Hoeck vt et *recepiſſe* ad animaduerſiones obſcuri iudicis, ſeu diſcipuli Hertiani, 1711.; 8) Ioh. Iac. Wahlii diſcipuli Hertiani, epiſtola, qua *pro communicatione recepiſſe I. H. Lombardi, nec non libelli reuiſionis a vindice Hallenſi oblati gratias perſoluit*, ſuamque de hisce duobus ſcriptis mentem declarat, 1711.; 9) Ioh. Iac. Hoeck *vindiciae epiſtolae ad I. H. Lombardum aduerſus autoſchediasma*, quibus non modo ſuſtinetur, ſed et ab obiectionibus nouiter prolatis liberatur *P. H. R. neque inter ſtatus imperii recte referri, neque dominos Haſſiae et participes ſuperioritatis Haſſo-Caſſellanae ſalutari poſſe*, 1711.; 10) Ioh. Henr. Lombardi *duplicatio* ad copiam epiſtolae Wahlianae eiusque appendicem, nec non ad animaduerſiones Wahlianas in trutinam trium quaeſtionum, vt et ad vindicias autoſchediasmatis Hoeckii filii diuulgatas, in puncto paragii et apanagii, ſeu von abgetheilten und abgefundenen Herren.

§. 45.

Difficillimae in primis *controuerſiae* exortae ſunt, vbi deputatum poſtgenitis non

b) inſignes autem controuerſiae

oriri ſolent;

non in annuis ſolum reditibus, ſed *in terrarum poſſeſſione* conſtitutum eſt. Huic enim quum adnexa vtplurimum varia iura ſint, ſuperioritate nihilominus ſoli principi regenti reſeruata; quotidianae oriri ſolent *colliſiones iurium*, quae ad ſuperioritatem et quae ad deputatum pertinent, quorum poſteriorum ad exercitium *conſiliarios* quidem et *cancellariam*, *non regimen* poſtgenitis habere permittitur (a). Quod ad ipſa iura attinet, potiſſimum ex cuiusque familiae legibus iudicandum, an cui *ſingula iura*, *an complexus* iurium dentur; deinde *in deputato* omnino *principalis* ſemper *finis* reſpiciendus, vt iis, quae *ad vſum* pertinent, praeſertim contineatur; *nec tamen* ex altera parte *principia regalitatis* intuitu poſtgeniti *perinde ac intuitu priuatorum* recte adplicentur (b).

(a) LVDOLF *de iure primog.* part. ſpec. §. 12. n. 20. p. 69., BERGER *ſupplem. ad electa discept. forenſ.* part. 2. p. 1732. ſq.

(b) Car. Wilh. WIPPERMANN, ſeu potius *reſp.* Car. Ott. GRAEBE diſſ. continens *potiora apanagii capita*, *in ſpecie diſcuſſionem quaeſtionis: quid ratione iurium inter regentes et non regentes ſeu primogenitos et poſtgenitos controuerſorum praeſumendum ſtatuendumque ſit?* Rintel. 1775. Meine Rechtsfälle B. 2. Th. 2. S. 488.

§. 46.

§. 46.

Alia quaeſtio ſubinde oritur *de augendo apanagio auctis primogeniti reditibus*, quale quidem apanagii augmentum ſatis aequum eſt, ſi augmentum redituum ſine primogeniturae iure etiam poſtgeniti participaturi fuiſſent, nec tamen omnino proportionem auctorum redituum ſequitur, ſi iam antea pro dignitate familiae poſtgenitis, quantum ſatis, proſpectum fuit. Contra inſigniter *imminutis* primogeniti *facultatibus* etiam apanagium imminui eadem aequitas poſtulat (a). inter alia ſuper augendo minuendoue apanagio.

(a) Compara, ſi lubet, quae ex inſtituto ſcripſi in libello allegato ſupra ad §. 42. num. 15.

§. 47.

Poſtgeniti terris praediti, ſeu quos vocant paragiati, vtplurimum in ea ſunt conditione poſiti, vt *matrimonium* aequale inire haud prohibeantur. Eorumque *filii* ceterique poſteri maſculi tunc porro in eodem deputato ſuccedunt. Apanagiati ſi matrimonium contrahunt, tam coniugi quam proli ex apanagio ſuiſue ipſorum facultatibus proſpicere debent, niſi ſingulari forte ratione in hunc caſum augmentum apanagii iis concedatur. Ceterum filiis apanagium patris continuari ſolet. *Filiabus* c) Succeſſio poſtgenitorum quaenam ſit?

Digitized by Google

bus poſtgenitorum, ſi nubunt, dos ex facultatibus familiae ſeu ex collectis territorii, vbi eae in vſu ſunt, dari ſolet; in ceteris omnibus a patre iis proſpiciendum eſt. Plurium *apanagiatorum* in ipſo apanagio non datur *ſucceſſio reciproca*, ſed decedentium ſine prole maſcula poſtgenitorum apanagia emolumento cedunt primogenito, niſi ſpecialis forte lex familiae reliquis ea poſtgenitis adcreſcere iubeat (a). *Bona* ab ipſo poſtgenito *adquiſita* merito tam eius diſpoſitioni quam ſucceſſioni ab inteſtato relinquuntur.

(a) Cocceii *deduct.* tom. I. p. 906. n. 47., Heinecc. *conſil.* 108. p. 587., Cramers Nebenſt. part. 21. num. 4.

§. 48.

et quando apanagium incipiat?

Viuentis vti nulla hereditas eſt, ita *viuo patre* nec apanagium, ſed educationem modo et alimenta exſpectare poſſunt poſtgeniti. *Patre deſtitutorum* educationem, quamdiu illa indigent, curat ſucceſſor primogenitus, donec a maiore eorum aetate inde, alioue vtplurimum legibus familiae definito anno *terminus a quo* petendi apanagii incipiat (a).

(a) God. Dan. Hofmann diſſ. *de aetate apanagiali ſiue de termino apanagiorum a quo*, Tub. 1773.,

Digitized by Google

1773., et *de termino apanagiorum ad quem, ſiue quando apanagia deberi deſinant?* Tüb. 1773.

§. 49.

4) Quomodo introducatur ius primogeniturae.

Introductio iuris primogeniturae fieri aliter nequit, quam *aut pacto* plurium ſui iuris agnatorum, *aut diſpoſitione capitis familiae* vel ſtirpis pro ſuis cuiusque poſteris, quorum tamen ſi iam plures adſunt, multo difficilior res eſt, quam nondum aut non plus vna ſuſcepta prole maſcula. Subinde ex capite doli, metus, laeſionisve enormiſſimae impugnati iuris primogeniturae exempla non omnino deſunt. *Confirmatio caeſarea* opus eſt, ſi de conſenſu poſtgenitorum minorum adhibendo aut hypotheca iudiciali conſtituenda agitur, caeſarisue exſecutio ad corroborandam primogeniturae diſpoſitionem imploratur. Nec ceteroquin inutiliter ea petitur; at vniuerſe tamen neceſſitas confirmationis, vt nulla plane lex primogeniturae ſine illa ſubſiſtere poſſit, omnino iure contendi nequit (a).

(a) Iuſt. Fried. Rvnde diſſ. *de confirmatione caeſarea iuris primogeniturae in familiis illuſtribus Germaniae*, Goetting. 1770., Wilh. Aug. Rvdloff progr. *de confirmatione caeſarea iuris primogeniturae in familiis illuſtribus Germaniae, in primis intuitu feudorum imperii*, Bützov. 1771.

§. 50.

et 5) quinam reliqui eius effectus ſint?

Ad effectus introductae primogeniturae inter alia etiam *praecedentia primogeniti* prae poſtgenitis linearumue poſtgenitarum agnatis natu maioribus pertinet. Ceteroquin tamen *immediati* hi omnes manent, et ſub iurisdictione caeſarea conſtituti, nec *iure Auſtraegarum* minus quam primogeniti praediti (a); licet intuitu eorum, quae in ipſo territorio poſſident, ſpeciale ſimul forum rei ſitae et landſaſſiatus, vti et forum contractus, arreſti, delicti ect. ſortiri poſſint.

(a) Comparari hic poſſunt: 1) Franc. Adolph. Blesen diſſ. *de iurisdictione principis regentis in fratres apanagiatos*, Gieſſ. 1746., 2) Ioh. Fried. Wahl diſſ. *de ſententiarum ſummorum S. R. I. iudiciorum contra principes apanagiatos exſecutione*, Goetting. 1749.

Cap. VI.

Digitized by Google

CAP. VI.

DE COMPOSITA COMPLVRIVM FAMILIARVM SVCCESSIONE HODIERNA.

§. 51.

Tam vniuerſe quidem in familiis Germaniae illuſtribus ſucceſſio hodie ex primogenitura obtinet, vt indies rariora fiant diuiſionis aut communionis aliusue ſuccedendi modi exempla (§. 39.). At fieri tamen I) poteſt, vt *primogenitura* non plane vniuerſalis, ſed *intuitu certarum modo terrarum* obtineat, *in reliquis poſtgeniti ſuccedere* poſſint; veluti quae initio erat *primogeniturae electoralis* ratio, quippe quae *in ipſis modo terris electoralibus*, non aeque in reliquis obtinebat. Similique ratione contigit e. g. *in familia Brandenburgica*, vt lineae poſtgenitae *in terris Onoldinis Baruthinisque* ſuccederent, in reliquis omnibus ſola linea primogenita. Compoſita datur ſucceſſio 1) ex primogenitura et diuiſione;

§. 52.

Quumque II) in plerisque familiis illuſtribus nouiore demum aeuo primogenitura introducta ſit, poſteaquam iam du- 2) alia generalis ſucceſſio familiae, alia

 dum

ſpecialis cuiusque lineae;

dum antea terrae inter plures ſtirpes diuiſae fuerant; harum quaeque vtplurimum ſigillatim ac ſeorſum *primogenituram* demum introduxerunt, ceu *ordinem ſuccedendi ſpecialem* abhinc *in quauis ſtirpe* obſervandum, eumque probe iccirco *diſtinguendum a modo ſuccedendi generali*, qui *intuitu totius familiae* pluriumque eius ſtirpium inter ſe adhuc diuerſa plane ratione obtinere poteſt.

§. 53.

3) alia vniverſalis, alia particularis ratione certorum bonorum iuriumue.

Denique III) haud raro contigit, vt *e priſtinis* eiuſmodi *diuiſionibus indiuiſae* relinquerentur *nonnullae terrae reditusue aut iura*, diuiſu forte difficiliora, certoue fini dicata. Qua ratione adhuc inter plures ſtirpes vnius familiae, quarum quaeque alias hodie primogenituram obſeruat, haud infrequenter deprehenditur 1) *communio* certorum bonorum, redituum, iuriumue, veluti metallifodinarum praeſertim, academiarum, curiarum feudalium, ordinum comitiorumque prouincialium, iudiciorum aulicorum, et quae ſunt reliqua. Quin paſſim 2) etiam *ſenioratui* ſiue *maioratui*, et vel *minoratui* ea ratione ſingularia bona iuraque tributa ſunt (a); nec 3) denique *alternationis* eiusmodi deſunt exempla (b). Quae tamen omnia ad modum ſuccedendi par-

Digitized by Google

particularem ſpectant, a ſucceſſione, quae vniuerſe in familiis illuſtribus obtinet, caute diſtinguendum.

(a) Conf. 1) Ern. Cregel diſſ. *de maioratu*, Altorf. 1658.; 2) Fried. Lud. com. in Solms diſſ. *de maioratu*, Lipſ. 1729.; 3) Ioh. Vlr. Cramer diſſ. *de minoratu in familiis illuſtribus*, Marb. 1738.; 4) Wilh. Aug. Rudloff diſſ. *de iure ſenii in familiis illuſtribus*, Bütz. 1769.; 5) Henr. Gottl. Francke progr. *de ortu et praecipuis mutationibus ſenioratus in ſereniſſima ducum Saxoniae gente Erneſtina vſitati*, Lipſ. 1776.; 6) Ioh. Frid. Brandis diſſ. *de vera ordinis ſuccedendi ex maioratu notione ex pactis familiarum illuſtrium repetenda*, Goett. 1784.

(b) Conf. Ioh. Phil. Slevogt *de alternatione*, vulgo Mutſchierung. Ien. 1691.

Cap. VII.
DE SVCCESSIONE FEMINARVM ILLVSTRIVM POST EXSTINCTAM STIRPEM MASCVLAM.

§. 54.

In qualicumque ſuccedendi ordine quamdiu ſtirps maſcula a primo adquirente ori- Succeſſio feminea alia eſt tota

gente, alia vna ſtirpe exſtincta.

oriunda continuatur; de ſucceſſione filiarum illuſtrium nulla quaeſtio eſt. Quamprimum vero ſtirps maſcula deficit, ſi quidem I) *tota gens* cum ea *exſtincta* eſt, feuda quidem mere maſculina ad dominum directum eumue, qui legitima ab eo exſpectatiua praeditus eſt, transeunt; in reliquis autem familiae bonis *ius ſuccedendi* nunc *femineae ſtirpi aperitur*. Sin II) *vnius* modo *lineae* ſtirps maſcula decedit; feuda quidem bonaque auita ad reliquos agnatos ab eodem primo adquirente oriundos, modo diuiſio forte totalis olim facta aut omiſſio communis manus haud obſtet (§. 32. ſq.), excluſis filiabus exſtinctae ſtirpis, transeunt. *In mobilibus* autem et *nouiter adquiſitis* exſtinctae lineae nunc pariter *filiae* huius ſtirpis ſucceſſionis haud amplius incapaces ſunt. Vnde *duplex* proprie *femineae ſucceſſionis genus* eſt, ſiue tota quadam gente, ſiue vna dumtaxat ſtirpe exſtincta.

§. 55.

I) Vtroque caſu quaeritur 1) an filia vltimi defuncti reliquis praecedat?

In vtraque femineae ſucceſſionis ſpecie prima eaque difficillima quaeſtio eſt, *cui primum* inter plures poſteros femineos *ſucceſſio deferenda* ſit (a). Quae licet nec lege generali, nec per obſeruantiam vniformem deciſa ſit, ex analogia tamen recte

ſic

Digitized by Google

ſic reſolui videtur, vt, iure licet ſuccedendi iam omnium aequali, ordo tamen ſuccedendi ab vltimo defuncto repetendus ſit (§. 14.), ideoque *filia vltimi defuncti* aliis omnibus merito praeferatur (b). Nec enim principia aliarum ſub conditione reſolutiua factarum renunciationum hic recte adplicantur (§. 20.), nec reſeruatio renunciationibus adiici ſolita contrarium operari poteſt (c).

(a) Pertinent huc in primis ſequentes ſcriptiones controuerſae: 1) Henr. Chriſt. SENKENBERG demonſtratio *filiam vltimi gentis ſuae in regnis et principatibus priuatiue ſuccedere*, Goetting. 1736. denuo poſthaec edita ſub tit. *de ſucceſſione filiarum*, Gieſſ. 1742.; 2) Ioh. Vlr. CRAMER diſſ. qua iura genuina *de renunciationibus filiarum, clauſulis ſucceſſionis reſeruatiuis harumque valore* vindicantur, Marb. 1736.; 3) H. C. SENKENBERG disquiſitio vlterior *de iure ſuccedendi proximioris feminae illuſtris prae remotiore*, Goetting. 1737.; 4) Ioh. Vlr CRAMER diſſ. *de vero ordine ſuccedendi feminarum ſecundum ius primogeniturae*, Marb. 1742.

(b) Compara, ſi lubet, quae expoſui in deductione ſub tit.: Ungrund der Regredient=Erbſchaft, welche am Reichshofrath gegen die Gräflich=Limburgiſchen Allodial=Erben eingeklaget werden wollen, 1767. fol. in den Rechtsfällen B. 2. Th. 1. S. 1. 67., B. 2. Th. 3. S. 811. 821.

 (c) Ob-

(e) Obſeruatu dignum eſt, poſt renunciationum, quae iam ab a. 1214. inde reperiuntur, exempla (§. 20. *b.*) primum, quod inueniri hucusque potuit, clauſulae reſeruatiuae exemplum occurrere in pacto quodam Auſtriaco a. 1332. BOSTEL diſſ. *de orig renunc. filiar. illuſtr.* append. p. 4., meine juriſt. Encyclop. p. 231.

§. 56.

2) qualis ordo ſuccedendi obtineat, vltimo defuncto improli?

Vltimo defuncto improli e reliqua feminea progenie ſuccedendi praerogatiuam habet, *aut* cui *primogenitura* fauet, quatenus hoc ius etiam hunc in caſum obtinet, *aut* qui *alia ratione* vltimo defuncto *propior* eſt, pro eo, qui antehac in familia viguit, ſucceſſionis ordine, ſiue ex gradus praerogatiua, ſiue in ſtirpes, ſemper tamen reſpectu vltimi defuncti habito; eademque ratione abhinc *continuatur* ſucceſſio.

§. 57.

II) Exſtincta modo vna ſtirpe eius filiabus eſt hereditas mobiliaris.

In ſucceſſione feminea poſt vnam modo ſtirpem maſculam exſtinctam praecipua eſt cura *ſeparandi feudum ab allodio* (a), quo poſteriore nomine tum *nouiter adquiſita* huius lineae, niſi territorio bonisque familiae auitis vi pactorum familiae *incorporata* ſint, tum ſpeciatim *mobilia* territorio non adnexa nec fideicommiſſo obſtricta comprehenduntur. Vnde et generatim

tim *hereditas mobiliaris* ea vocari ſolet, eaque optime ſic definiri poſſe videtur, vt ſub ea comprehendatur, quidquid ita comparatum erat, vt vltimus defunctus per modum vltimae voluntatis de eo disponere potuiſſet (b). Contra non *feuda* ſolum, ſed et *allodia auita*, amborumque et *pertinentiae* perpetuo territorii vſui deſtinatae, et *meliorationes*, et *fructus* vltimi anni ad agnatos transeunt (c).

(a) Conf. Chr. Gottfr. Hoffmann diſſ. *de iure ſeparandi allodium a feudo*, Viteb. 1727.

(b) Car. Aug. ab Veffel diſſ. *de hereditate mobiliari perſonarum illuſtrium*, Ien. 1740., Adolf Fel. Henr. Poſſe über die Sonderung reichsſtändiſcher Staats- und Privatverlaſſenſchaft, Göttingen 1790. (1789.) 8.

(c) G. L. Boehmer *princip. iuris feud.* §. 53. et 494. ibique alleg.

Cap.

CAP. VIII.

DE SVCCESSIONE IN TERRIS GENTIS EXSTINCTAE, NON SVPERSTITE AVT SVCCESSIONIS INCAPACE STIRPE FEMINEA.

§. 58.

Exſtincta gente 1) feuda aperiuntur domino, niſi adſit exſpectatiua.

Si quando e poſteris primi adquirentis nemo ſupereſt, iure ſuccedendi praeditus, *ſiue* iam *tota gens exſtincta*, *ſiue* ſuperſtes *ſtirps feminea ſucceſſionis incapax* ſit; *terrae feudales* reuertuntur ad dominum directum, a quo aut alteri vaſallo ex noua gratia *reinfeudantur*, aut *conſolidantur* cum dominio directo, *niſi* qua iam *exſpectatiua* in hunc caſum data fuerit. *Imperatorem* in ſpecie iam dudum leges monuerunt, vt *feuda aperta* in domanium imperii conuerteret, ideoque nec *exſpectatiuas* ſine conſenſu electorum concederet, quin ab a. 1711. inde nec ſine conſenſu principum, comitum, cet., ſi de principatu ſeu comitatu ageretur (a).

(a) CAPITVL. (1519.) art. II. §. 10. II.: "Wenn auch inskünftige Lehen dem Reiche (add. 1658.: durch Todesfälle oder Verwürkung) eröffnet und lediglich heimfallen werden, ſo etwas merk-

merkliches ertragen, als (add. in perpet. et 1711.: Churfürſtenthümer,) Fürſtenthümer, Grafſchaften und Herrſchaften, Städte u. d. gl., die ſollen und wollen wir, (perpet. et 1711.: die Churfürſtenthümer ohne des churfürſtlichen collegii, die Fürſtenthümer, Graf- und Herrſchaften, Städte u. d. gl. aber, ohne der Churfürſtlichen, Fürſtlichen, auch (wenn es nehmlich eine Reichsſtadt betreffen thut, Städtiſchen) collegiorum) Vorwiſſen und Conſens ferner niemanden leihen (add. 1619.: auch niemand einige Erſpectanz oder Anwartung darauf geben); Sondern zu Unterhaltung des Reichs, unſer und unſerer nachkommenden Könige und Kaiſer behalten, einziehen und incorporiren."

* Conf. 1) Ioh. Iac. Mascov diſſ. *de exſpectatiuis in feudis imperii*, Lipſ. 1719.; 2) Ioh. Gottfr. Friegler *de limitata imperatoris poteſtate in concedendis exſpectatiuis in feuda imp. maiora*, Argentorat. 1750.; 3) Car. Fried. de Beulwitz *de conſenſu electorum ad concedenda feuda imp. tempore Rudolphi I. Imp. in vſum veniente*, Francohuſ. 1753.

§. 59.

In allodiis et vel in feudis accedente domini directi conſenſu eumdem cum exſpectatiua effectum habent *pacta confraternitatum* inter duas pluresue familias inita (a). Quorum antiquioribus *confirmatio* II) In allodiis obtinent pacta confraternitatis.

tio caeſarea generalis ex capitulatione Leopoldina vindicatur (b). Ab a. 1711. inde ſingulorum eiusmodi pactorum confirmationem peti oportuit (c).

(a) Conf. in genere de hoc argumento: 1) Dom. ARVMAEI diſſ. *de confraternitatibus, confoederationibus et pactis ſucceſſoriis principum et illuſtrium familiarum*, Ien. 1614. in eius *diſcurſ. iur. publ.* vol. 1.; 2) Helt. Vlr. HVNNIVS *de confraternitate*, Gieſſ. 1619. in *diſſ. Baſil.* vol. 1. n. 16. et in HAMPEL *nucl. diſcurſ. iur. publ.* p. 722.; 3) Bened. CARPZOV diſſ. *de pacto confraternitatis Saxo-Haſſiacae*, Lipſ. 1647.; 4) Ioh. Volkm. BECHMANN diſſ. *de confraternitatibus illuſtrium familiarum in ciuitate Germanorum*, Ien. 1666.; 5) Nic. MARTINI diſſ. 2. *de ſucceſſione principum aliarumque perſonarum illuſtrium pactitia per confraternitatem*, Kil. 1672.; 6) Henr. Ant. SPEIRMANN *de iuſtitia confraternitatis publicae*, Arg. 1678.; 7) Henr. BODINVS ſeu potius, qui verus auctor eſt, Diet. Herm. KEMMERICH *de pacto confraternitatis Saxonico-Brandenburgico-Haſſiaco*, Hal. 1718.; 8) Ioh. Dan. KIND diſſ. *de vnionibus hereditariis in Germania per iuris manuarii aeuum vſitatis*, Lipſ. 1785.; 9) Pet. HASELBERG (diſſ. inaug.) tractatus *de pactis confraternitatis* proluſio, Goetting. 1787. 8., et (progr.) *de origine et incremento pacti confraternitatis Saxo-Haſſiaci* commentatio, Helmſt. 1788.

(b) CAPITVL. LEOP. (1658.) art. 6. in f.: "Wie wir dann auch die vor dieſem unter ihnen, (den

(den Churfürſten) den Reichs-conſtitutionibus gemäß gemachte vniones gleichergeſtalt, zuförderſt aber die unter Churfürſten, Fürſten und Ständen aufgerichtete Erbverbrüderungen hiermit confirmiren und approbiren."

(c) Capitvl. Car. VI. (1711.) art. I. §. 9.: "Sollen und wollen auch Churfürſten, Fürſten und Ständen die vor dieſem unter ihnen, den Reichs-conſtitutionibus gemäß gemachte vniones, zuförderſt aber die unter Churfürſten, Fürſten und Ständen aufgerichtete Erbverbrüderungen — auf gebührendes Anſuchen ohne Weigerung und Aufenthalt in beſtändiger Form confirmiren ꝛc."

§. 60.

Sin nec e primi adquirentis poſteris quisquam ſupereſt, nec extraneo ius eſt ex pacto confraternitatis; *vltimus gentis* ſuae de allodiis libere diſponere, paciſci ac teſtari poteſt, eiusque cum morte alioquin ceſſat omnis bonorum auitorum ſeu fideicommiſſaria qualitas (a). et diſpoſitio vltimi gentis.

(a) Conf. Sam. Fried. Willenberg *de iuribus vltimi gentis ſuae*, Ien. 1735. 4.

§. 61.

Quoties itaque aut feudum apertum conſolidatur, aut reinfeudatur, aut ſucceſſio vi exſpectatiuae pactiue confraternita- Iterumque III) fit ſeparatio feudi ab allodio.

nitatis ad extraneum peruenit, ſuperſtite prole feminea alioue vltimi gentis herede allodiali; *ſeparatio* iterum *feudi ab allodio* neceſſaria eſt (§. 57.).

Cap. IX.

DE SVCCESSIONE ADSCENDENTIVM ATQVE COGNATORVM.

§. 62.

Succeſſio I) adſcendentium 1) paternorum.

Ex omni hactenus deſcripta ſuccedendi ratione iure ſanguinis nemo ad ſucceſſionem vocatur, niſi *praemortuis* iam *adſcendentibus*, qui iam antea ſucceſſerant, aut, ſi vixiſſent, ſuccedere poterant; niſi fingas *patrem* ſuperſtitem cedere poſſeſſiones ſuas filio, quo caſu ſi filius improles deceſſerit, omnino pater quaſi poſtliminio ad hereditatem luctuoſam non poteſt non admitti (a).

(a) Conf. II. F. 14., et II. F. 49. Car. Fried. Walch diſſ. *de ſucceſſione adſcendentium feudali*, Ien. 1767.

§. 63.

2) maternorum et II) cognatorum.

Quod ad *adſcendentes* attinet, *quorum e parte ſucceſſio haud delata* fuit, veluti *matrem*

Digitized by Google

trem eiusque maiores in bonis paternis et auitis, quum a primo adquirente non deſcendant, nec ſucceſſionis capaces ſunt (a), niſi aut ex diſpoſitione vltimi gentis, aliaue ratione, qua et quilibet extraneus ſuccedere poteſt, aut ex eo demum capite, quod *in bonis vltimi gentis*, nulla eius diſpoſitione, nec anteriore pacto ſucceſſorio exiſtente, in ſubſidium ſucceſſio iuris communis obtineat. Qua ratione etiam *cognatorum* ſucceſſioni locus eſſe potuerit (b); quorum ceteroquin, quamdiu agnati, licet gradu remotiores, adſunt, tam in allodiis et mobilibus quam in feudis bonisque auitis ſucceſſio nulla eſt.

(a) E. C. S. R. N. E. Abhandlung von der Erbfolge der Töchter mit Ausſchluß ihrer Mütter, Tüb. 1767.; Io. Dan. Reiche disquiſitio iuris Germanici *de matre illuſtri legitimae liberorum ſucceſſionis experte*, *cum corollariis quoad matris heredes inde deductis*, Lemg. 1784. 4.

(b) Conf. e. g. meine Rechtsf. B. 2. Th. 1. S. 81. u. f.

Digitized by Google

CAP. X.

DE OBLIGATIONE SVCCESSORIS EX FACTIS ANTECESSORIS *.

(*) Generatim hic comparari poſſunt 1) Frid. GERDES *de obligatione ſucceſſorum*, Gryphisw. 1682. in eiusd. *operib.* tom. 2. p. 636.; 2) Paul. BERGMANN *de naturali obligatione ſucceſſorum ex facto anteceſſorum ſummam poteſtatem in republica habentium*, Helmſt. 1684.; 3) Henr. COCCEIVS *de obligatione ſucceſſorum*, Heidelb. 1685. in eiusd. *disput.* vol. 1. n. 62.; 4) Caſp. Matth. MÜLLER *de obligatione ſucceſſoris feudalis ex facto anteceſſoris*, Roſt. 1692.; 5) Georg. BAYER *de obligatione ſucceſſoris illuſtris*, Wittenb. 1714. in *opusc.* p. 326.; 6) Ioh. Pet. A LVDEWIG *de obligatione ſucceſſoris in principatus et clientelas*, Hal. 1714. in *opusc. miſc.* tom. 1. p. 539.; 7) Iuſt. Georg. CHLADENIVS *de obligatione ex facto praedeceſſoris*, Wittenb. 1725.; 8) Ioh. Mich. RVDELL *de ſucceſſore in regimine*, Altorf. 1727.; 9) Car. Oth. RECHENBERG progr. *de obligatione ſucceſſoris in adminiſtranda republ.*, Lipſ. 1734.; 10) Deduction, daß ein ſucceſſor in principatu die Schulden des anteceſſoris zu bezahlen nicht ſchuldig ſey, in PISTORII *amoenit.* part. 3. p. 795. ſeq.; 11) Zweyer berühmter Rechtsgelehrten Erörterung der Frage: ob ein Landesherr ſeiner Vorfahren Schulden zu bezahlen gehalten ſey? 1752.;

12)

12) Io. Nic. Moeckert diſſ. *de agnato in feuda citra conſenſum obligato*, Goetting. 1785.

§. 64.

Succeſſor in territorio, quicumque demum fuerit, ea, *quae anteceſſor tamquam dominus territorialis* legitime in vim obligandi perpetuam *peregit*, indiſtincte praeſtare tenetur; adeoque *conuentiones territoriales* cuiuscumque generis rite conditas, (veluti pacta cum ordinibus prouincialibus inita, vel cum vicinis, veluti receſſus limitum, quin et aes alienum ab ipſo territorio ſub auſpiciis principis contractum), item *priuilegia* aliasue *conceſſiones* legitime impetratas, non magis, quam ipſe anteceſſor, reuocare poteſt (a). *Precario* vel *vitio* impetrata, vel *ad tempus* conceſſa reuocari poſſe, non ex iure ſucceſſoris, ſed ex natura rei repetendum eſt (b). Obligatio ſucceſſoris I) in iis, quae ab anteceſſore domino territoriali facta;

(a) Struben rechtl. Bedenk. Th. 1. S. 1. 267.

(b) Strube am a. O. S. 3.

§. 65.

Similiter in obligationibus, quae etiam *cum priuatis communes* principibus eſſe poſſunt, ſucceſſori in territorio incumbunt omnia, quibus *ſucceſſor feudalis* ſtringitur, veluti quae *in rem* feudi vel ſucceſſoris verſa, II) in iis, quae principibus cum priuatis communia ſunt, 1) ſi alius in feudo;

ſa,

Digitized by Google

alius in allodio ſuccedit;

ſa, aut *cum conſenſu ſucceſſoris* contracta, aut quae *generatim* ex conditione cuiusque familiae illuſtris praeſtari *neceſſaria* ſunt, veluti impenſae funeris, vidualitia, apanagia, dotes, item ſalaria officialium cet.; ita tamen vt, *ſi alius in feudo, alius in allodio ſucceſſor*, exceptis iis, quae in rem verſa, *ille tantum in ſubſidium*, excuſſo demum allodio teneatur; adeo vt generatim, quae ex fructibus feudi ſeu ex reditibus territorii ſoluenda erant, hoc caſu maſſae hereditatis allodialis iure meritoque decedant (a).

(a) Struben rechtl. Bedenken Th. 1. S. 6. 145. 237. 238. u. f., Th. 2. S. 13. u. f. Meine Rechtsfälle B. 1. Th. 2. S. 496., B. 2. Th. 3. S. 634., B. 2. Th. 4. S. 1088.

§. 66.

2) ſi vnus idemque in feudo et allodio ſuccedit; ſpeciatim filius.

Succeſſor autem *in feudo*, qui *ſimul* ſucceſſor in allodio et *heres defuncti* eſt, huius factis et aere alieno indiſtincte ſtringitur; *niſi* aut *repudiet allodium*, aut huius hereditatem *cum beneficio inuentarii* adeat. Solum *filio ſucceſſori* hoc vtrumque beneficium negatur ex textu II. F. 45. (a); at facta tamen in praeiudicium iuris ex pacto et prouidentia maiorum quaeſiti nec filios ſtringunt; nec iniquum eſt abſolui filium

ab

ab aere alieno a patre citra omnem neceſſitatem et vtilitatem territorii et familiae contracto, ſi nihil plane bonorum ab eo relictum eſt, in quo heres eius eſſe poſſit filius (b).

(a) II. F. 45.: "Si contigerit vaſallum ſine „omni prole decedere, *agnatus*, ad quem vniuerſa „hereditas pertinet, *repudiata hereditate*, *feudum*, „ſi paternum fuerit, *retinere poterit; nec de debito* „*hereditario aliquid* feudi nomine *ſoluere cogitur;* „ſed in fructibus, ſi quos reliquit, vt de eis de„bitum ſoluatur, quo tempore deceſſerit, ſecun„dum quod ſupra diximus, conſiderabitur. Vbi „vero *filium* reliquit, ipſe *non poteſt hereditatem* „*ſine beneficio repudiare,* ſed aut vtrumque retineat, „aut vtrumque repudiet; quo repudiato ad agna„tos, ſi paternum ſit, pertinebit. Et licet alterum „ſine altero retinere non poſſit; agnatis tamen „conſentientibus poterit dominus eum, ſi volue„rit, quaſi de nouo beneficio inueſtire; quo facto „licebit ei repudiata hereditate feudum tenere, „nullo onere ei hereditario imminente." Conf. Iuſt. Ludou. Becht. BOEHMER diſſ. *de filio vaſalli ſucceſſore in feudum*, Goetting. 1779.; Gottfr. MOLL ſ. *reſp.* Iac. Frid. BOVGET diſſ. *num filius feudum a patre alienatum reuocare poſſit?* Bonn. 1783.

(b) In diuerſas hac de re ſententias confer in primis REINHARTH *ad Chriſtinaeum* vol. I. obſ. 52., et CRAMER *obſ.* tom. I. obſ. 280. Conf.

 etiam

etiam meine Rechtsfälle B. 2. Th. 3. S. 649. u. f. Nouiſſima lege familiae Naſſouicae (1783. art. 15.) ſtatutum eſt: "daß auch ein Sohn, wenn er ſich der väterlichen Privaterbſchaft entſchlagen will, die väterlichen Schulden zu bezahlen nicht ſchuldig." Reuß Staatscanzley Th. 16. S. 99.

LIB. II.
DE RELIQVIS PRINCIPVM PRIVATIS IVRIBVS.

CAP. I.
DE IVRIBVS ET OBLIGATIONIBVS CONIVGVM ET PARENTVM ILLVSTRIVM.

§. 67.

I) Iura coniugalia A) quoad vinculum matrimonii;

Iura et obligationes *coniugum* illuſtrium, in iis, quae ad vinculum matrimonii pertinent, *inter catholicos* a iure canonico et concilio Tridentino, *inter euangelicos* a ſola ſacra ſcriptura librisque euangelicorum ſymbolicis pendent; praeterquam quod *nonnulla* ſingulari quadam *obſeruantia* omnium fere *principum communi* definiantur (a). Qua ratione diiudicanda ſigillatim

Digitized by Google

latim ſunt ſingularia nonnulla illuſtrium circa ſponſalia, proclamationem, benedictionem ſacerdotalem (b), et conſummationem matrimonii. In quaeſtionibus de gradibus prohibitis, de nullitate matrimonii, de diuortio cet. ſuae quisque ſequitur religionis dogmata; *catholici* quidem ſub iurisdictione epiſcopali et pontificia, *euangelici* tum ab ea, tum a iurisdictione caeſarea in hac re exemti.

(a) Generatim hic comparari poſſunt 1) Nic. MYLERI *gamologia* ſiue *de matrimonio perſonarum imperii illuſtrium tam inter ſe, quam cum exteris*, Stuttg. 1664.; 2) Henr. LINCK diſſ. *de illuſtrium imperii perſonarum deductione ad domum*, vulgo fürſtlicher Heimführung, Altorf. 1681.; 3) El. Aug. STRYCK diſſ. *de matrimonio ex ratione ſtatus*, von Staatsheirathen, Kil. 1691.; 4) Gottfr. Vict. MOEHRING diſſ. de connubiis principum, Vitenb. 1702.; 5) Joh. Joach. Müller vom Dispenſations-Rechte in verbotenen Ehen der Fürſten und Stände, Jen. 1706.; 6) Ioh. Frid. DVLSSECKER *de matrimoniis perſonarum illuſtrium in imperio R. G.*, Argent. 1716.; 7) F. L. E. H. von B. (Friedr. Lud. edlen Herrn von Berger) reflexiones über ein Helmſtädtiſches reſponſum iuris, darinnen 2. quaeſtiones, *validitatem pacti domus illuſtris, libertatem circa matrimonia conſtringentis* betreffend, erörtert werden, 1723.; 8) Iuſt. Henn. BOEHMER diſſ. *de ſecundis nuptiis*,

 prae-

praecipue perſonarum illuſtrium, Hal. 1723.; 9) Ioh. Pet. de Lvdewig diſſ. *de matrimoniis principum per procuratores*, Hal. 1724.; 10) Hier. Frid. Schorch diſſ. *de ſingularibus iuribus circa ineunda matrimonia principum et ſtatuum imperii*, Erf. 1748.; 11) Io. Ge. Estor diſſ. *de diuortio, praeſertim perſonarum diuerſae religionis illuſtrium in Germania*, Marb. 1747.; 12) Car. Frid. Treitschke diſſ. *de iure principum diuortiis propoſito*, Lipſ. 1772.

(b) Conf. 1) Chr. Hartm. Sam. Gatzert progr. *de S. R. I. principum comitumue liberis ex matrimonio conſcientiae illegitimis*, Gieſſ. 1773.; 2) Franc. Ge. Ditterich *de legitimis natalibus inter illuſtres praeſumendis*, Arg. 1776.; 3) Io. Ge. Schloer ſ. potius *reſp.* Chph. Ign. Wiese diſſ. *vindiciae legitimorum natalium liberorum e matrimoniis S. R. I. principum comitumue A. C. addictorum ſolo mutuo conſenſu, neglecta omni ſollennitate eccleſiaſtica, contractis natorum*, Mogunt. 1782.

§. 68.

B) quoad reliqua 1) mere Germanica.

Quum *e priſtinis Germanorum moribus* feminae, vsque dum nuberent, e bonis paternis ſuſtentatae nupturaeque *adparatu* condigno inſtructae (a), praeter hunc adparatum nullas facultates marito inferre, ſed ab eo potius omnia reliqua exſpectare ſolerent; iidem hi mores potiſſimum adhuc inter illuſtres conſpicui ſunt, dum in quo-

quolibet matrimonio illuſtri partes praecipuae mariti ſunt proſpiciendi vxori tum ea, quae *durante matrimonio* ei praebenda ſunt; tum *vidualitium* in caſum viduitatis ei conſtituendum, vt tamquam vidua pro dignitate familiae mariti viuere poſſit; tum denique *morgengabam* tamquam donum ſub initium matrimonii nouae coniugi dandum (b), cuius quidem proprietas adeo cedit donatariae, vt tam inter viuos quam mortis cauſa disponere de ea poſſit, quo tamen non facto coniuge ſine liberis defuncta ad maritum eiusue ſucceſſores *recidit* (c). Quae omnia hodie *pactis nuptialibus* et vel ſpecialibus conuentionibus vidualitii et morgengabae in anteceſſum definiri ſolent.

(a) Conf. 1) Io. Ge. Estor diſſ. *de adparatu et inſtructu muliebri nuptarum praeter dotem pactis dotalibus promiſſo*, Marb. 1744.; 2) Chr. Henr. Breuning diſſ. *de vaderphio veterum Germanorum*, Lipſ. 1752.; 3) Henr. Gottl. Pierer diſſ. *de differentia dotis et inſtructus muliebris*, Lipſ. 1761.

(b) Conf. 1) Io. Ge. Lupin diſſ. *de donatione matutina ſeu morgengaba*, Alt. 1671.; 2) Nic. Hier. Gundling diſſ. *de emtione vxorum, dote et morgengaba*, Hal. 1722.; 3) Dan. Nehrmann diſſert. *de dote, ſpeciatim morgengafwa*, Vpſal 1742.; 4) Sam. Reichel diſſ. *de origine ac defini-*

finitione morgengabae, Lipſ. 1757.; 5) Ge. Aug. SPANGENBERG exercit. acad. *antiqua doni Germanorum matutini, quod vulgo morgengabam appellant, qua originem, qua rem* ſiſtens, Goetting. 1767.; 6) Chriſt. Gottlob EINERT diſſ. *animadverſiones de morgengaba*, Lipſ. 1783. Conf. quoque Kölers Münzbeluſtigungen Th. 10. S. 189.

(c) Videſis, quae ex concentu pactorum illuſtrium nuptialium de a. 1544. 1583. 1591. 1628. 1646. 1689. deduxi in den auserleſenen Rechtsfällen B. 1. Th. 2. S. 478. In dubio hae conditiones intelliguntur clauſula: wie Morgengabs-Recht und Gewohnheit iſt.

§. 69.

2) Ex iure Romano acceſſit a) dos.

Nouiore demum aeuo inualuit, vt illuſtres etiam feminae praeter adparatum et inſtructum muliebrem Romano more *dotem* in certa pecuniae ſumma conſtitutam, maritis adferant, ſiue, quod in plerisque territoriis obtinet, ex collectis prouincialibus, ſiue, quod rarius accidit, e propriis ſponſae parentumue illius facultatibus ea conſtituatur. Etiamſi vero, quae propria dotis Romanae natura eſt, vt ferendis matrimonii oneribus inſeruiat, vix vmquam inter illuſtres ea dotis proportio eſſe ſoleat; tamen inuecta ſemel dote non potuerunt non oriri inde varii effectus iurium et obligationum, non ſine com-

Digitized by Google

commixtione morum Romanorum atque Germanicorum; quae tamen *in pactis* illuſtrium nuptialibus *miro* quodam *concentu* ſatis *compoſita* deprehenditur.

§. 70.

b) donatio propter nuptias.

Ante omnia doti inferendae, vel incluſa ſumma adparatui et inſtructui dicata, ex parte mariti aequari ſolet eiusdem quantitatis *donatio* quam vocant *propter nuptias* (a); ea vtplurimum mente, vt in caſum finiti matrimonii, *quae marito* ſuperſtiti forte *in dotem* dantur iura, *eadem* viciſſim *viduae in donationem* iſtam tribuantur; veluti vt viduo dotis, viduae donationis propter nuptias vſusfructus ad dies vitae, etiam poſt ſecundas nuptias, relinquatur; aut plane in caſum improlis matrimonii vti *de dote* in emolumentum vidui, ſic *de donatione propter nuptias* in emolumentum viduae *lucranda* conueniatur. Quali pacto ceterum non adiecto *repetitioni dotis* e regulis iuris Romani omnino locus eſt.

(a) Conf. 1) Chr. Gottl. HOFMANN diſſ. *de differentiis iuris Rom. et Germ. in donatione propter nuptias*, Francof. 1727.; 2) Ioh. Gottl. HEINECCII diſſ. *de vxore per donationem propter nuptias de alimentis ſecura tantum*, Hal. 1740.

§. 71.

§. 71.

c) dotalitium; Ad haec ex ſingulari commixtione plane diuerſorum iurium vidualitium noſtrum nonnullis viſum fuit in compenſationem dotis dari, quo reſpectu ſpeciatim *dotalitii* nomen inualuit. Sic paſſim lege vel conſuetudine inuectum eſt, vt dotalitium in *duplicatis* dotis donationisque propter nuptias, aut, ſi mauis, *quadruplicatis* ſolius dotis *vſuris* quincuncibus conſiſtat, ſed et illationem dotis factam eſſe ſupponat, ipſamque *dotem* tunc *dotalitium abſorbeat*, adeoque aut illius repetitio, aut huius optio, non vtraque ſimul, viduae relinquatur. Quae tamen omnia non tam *inter illuſtres*, quam inter nobiles, inque his e Saxonico potiſſimum iure obſeruantur. Inter illos enim quantitas illa dotalitii longe abeſſe ſolet a quantitate vidualitii. Quare huius tantum ad augmentum vſurae quincunces dotis et donationis propter nuptias tamquam dotalitium ſubinde adduntur hac conditione, vt vidualitium proprie ſic dictum in caſu ſecundarum nuptiarum ceſſet, at dos tamen tunc repeti adhuc poſſit, et perceptio vſurarum donationis propter nuptias ad dies vitae concedatur.

(a) Comparari hic poteſt ſilua ſcriptorum de vidualitio et dotalitio, quos enumerat Io. Henr. Chr.

Digitized by Google

Chr. de SELCHOW *elem. iur. Germ.* (edit. 3. 1767.) §. 449. p. 532., e quibus in primis hic notari merentur: 1) Nic. HENELIVS *de iure dotalitii*, Frf. 1660.; 2) Lud. MENKEN *de quantitate dotalitii, praecipue Saxonica*, Lipſ. 1706; 3) Chph. Henr. de BERGER diſſ. *ſelecta iuris dotalitii capita*, Vitemb. 1723.; 4) Ioh. Vlr. CRAMER progr. *de aequitate quantitatis dotalitii viduarum illuſtrium*, Marb. 1733. (*opusc.* tom. 2. p. 626. ſq); 5) Io. Ge. ESTOR *de dotalitio propter ſecundas nuptias ceſſante*, Ien. 1736.; 6) Henr. Chr. SENKENBERG *de dotalitio prioris matrimonii durantibus ſecundis vxorum votis ipſis relinquendo*, in eius *meditation.* (Gieſſ. 1740.) p. 42-114.; 7) Henr. NETTELBLATT *de dotalitio*, Roſt. 1746.; 8) Io. Ge. ESTOR diſſ. *de iuribus quibusdam viduarum mulierum equeſtrium ratione amittendi vitalitii, dotalitii, item de vera notione vocis* **Leibzucht**, *de donatione propter nuptias, portione ſtatutaria et adquaeſtu connubiali*, Marb. 1748.; 9) Io. Frid. EISENHART diſſ. *de dotalitio viduarum ſummorum in Germania praeſulum proteſtantium*, Helmſt. 1748.; 10) Chr. Henr. BREVNING diſſ. *de dotalitio ob ſecundas nuptias non ceſſante*, Lipſ. 1754.: 11) Dav. Ge. **Strube** vom Urſprunge des Teutſchen Witthums und Leibgedings, in den Nebenſtunden Th. 5. S. 270-291.; 12) Joh. Ulr. v. **Cramer**: ob ein Leibgeding, ſo ſimpliciter oder pure conſtituirt, durch Verrückung des Wittwenſtuhls verlohren gehe? in den Wetzl. Nebenſt. Th. 9. S. 1-14.; 13) **Eſtors** neue kleine Schriften

ten Th. 1. S. 313. u. f.; 14) Adolph. Frid. TRENDELENBVRG diſſ. *de lucro dotis viduis ob ſecunda vota non auferendo*, Bützov. 1772.

§. 72.

d) repetitio dotis et paraphernalium.

Denique *repetitio dotis* in caſibus, quibus vi pactorum dotalium ei locus eſt, *ex feudo* et territorio auito, ſi vel maxime pacta dotalia a ſucceſſore ſubſcripta fuerint, *non niſi in ſubſidium*, excuſſo demum allodio fieri poteſt, niſi et *illatam* et *in rem verſam* eſſe *dotem* doceatur, veluti quo caſu ſimpliciter ſucceſſor in feudo et territorio obligatur. *In ceteris*, tum quae ad repetendam dotem, tum quae ad *paraphernalia* pertinent, *ius Romanum* etiam inter illuſtres obſeruatur. *Communio bonorum* hic exſul per ſe intelligitur (a).

(a) Aemil. Ludou. HOMBERGK ZV VACH diſſ. *de communione bonorum inter coniuges nobiles atque illuſtres exſule*, Marb. 1767.

§. 73.

II) Poteſtas maritalis et paterna.

Nec in *coniugem* (a), nec in *liberos* principibus Germaniae *poteſtas iudiciaria* ſeu territorialis eſt, quum *immedietas* perſonarum iis negari nequeat, nec ab exteris principibus independentibus hic argumentum valeat. Ceterum *patriae poteſtatis*

tis iura quo magis extendit ius Romanum, eo conuenientius quadrat hodiernae illuſtrium conditioni (b). Vnde nec *emancipationum* deſunt exempla illuſtria (c).

(a) Chriſtian Schöne rechtliches Bedenken: ob eines regierenden Fürſten und Landesherrn Gemahlinn ihres Gemahls Unterthaninn ſey? Leipz. 1733.

(b) Conf. 1) Io. Henr. BOECLER *de patria poteſtate principum imperii*, Argent. 1709.; 2) Ge. Adolph. SCHVBERT progr. *de patria principum imperii poteſtate*, Lipſ. 1719.; 3) Caſp. Achat. BECK *de poteſtate et iurisdictione principum ſpeciatim S. R. I. in liberos*, Ien. 1729.; 4) Ioh. Iac. ROTHHAHN diſſ. *de materna poteſtate in liberos ex Germanorum legibus et more*, Goett. 1772.

(c) Io. Ge. KVLPIS diſſ. *de adoptionibus et emancipationibus principum*, Arg. 1686.

CAP.

Digitized by Google

CAP. II.
DE TVTELA ILLVSTRIVM *.

* Argumentum hocce in genere tractant 1) Chriſt Phil. RICHTER diſſ. *de tutelis electorum, principum aliorumque S. R. I. ſtatuum, Reſp.* Ioh. Leonh. A PÜHEL, Ien. 1669., 2) Paul. Franc. ROMANVS *de tutelis perſonarum illuſtrium*, Lipſ. 1674., 3) Diet. Guil. MATTHIAE *generalia tutelae ad principes et illuſtres perſonas accommodata*, Erf. 1679., 4) Ioh. Volkm. BECHMANN *de privatorum, principum ac nobilium tutelis*, Ien. 1685., 5) Henr. COCCEII *de tutelis illuſtrium*, Francof. ad Viadr. 1693. 4. in eius *diſſ.* vol. 1. n. 84., 6) Ioh. Phil. RINGLER *de tutelis illuſtrium*, Erf. 1694., 7) Sam. STRYCK *de tutela materna principum imperii*, Hal. 1669., in eiusd. *diſſ. Halenſ.* tom. 1. n. 12, 8) Io. Pet. de LVDEWIG *differentia iuris Romani et Germanici in tutelis teſtamentaria et legitima*, Hal. 1712. 4. — *in maternis tutelis*, Hal. 1718. — *in fructuum attributione, imprimis tutelae fructuariae*, Hal. 1712. in eius *opusc. miſc.* tom. 2., 9) Ioh. Frid. FLEISCHMANN *de tutela perſonarum illuſtrium*, Arg. 1713. 4.

§. 74.

1) Illuſtrium tutela 1) a tutela priuato-

TVTELA ILLVSTRIVM, ſiue a matre ſiue ab agnato, iam alias regente aut non regente, geratur, *cum adminiſtratione*

tione territorii coniuncta, tot tantisque *commodis* inſtructa eſt, vt non aeque ac inter priuatos tamquam munus publicum oneroſum, ſed tamquam *ius* quoddam inſigne et honorificum conſideretur. Quamobrem etiam hac in re *autonomia* familiarum illuſtrium haud pauca continet, quae a reliquo Germaniae communi iure longe differunt. rum multum differt,

§. 75.

Pleriſque tantum non omnibus *familiarum* illuſtrium *legibus* ſua cuiusque tutela ſic *definita* eſt, vt, nulla intercedente vltimi defuncti diſpoſitione, aut matri, aut agnato ſiue proximo, ſiue ſeniori, aut iunctim matri et agnato deferenda ſit (a), eoque ſenſu fere omnis tutela illuſtrium pactitia, *raro pure legitima* eſt. Sed et *teſtamentaria* et *pacto ſpeciali* ab vltimo defuncto definienda tutela ordinarie libera relinquitur (b). *Datiuae* tutelae inter illuſtres vix vmquam locus eſt; nec iuri circa tutelam quaeſito imperator detrimentum inferre poteſt. *Electoribus* ſpeciatim A. B. proſpexit *de tutela legitima* (c), quae tamen ſalua teſtamentaria merito intelligitur (d). plerarumque familiarum illuſtrium legibus definita,

 (a) De

Digitized by Google

(a) De materna illuſtrium tutela ſigillatim commentati ſunt STRYCK et LVDEWIG (vid. ſupr. p. 128. n. 7. 8.) et Ge. Henr. AYRER *de gynaecocratia tutelari viduarum illuſtrium*, Goett. 1746.

(b) Conf. Lud. Conr. SCHROEDER diſſ. *de principe imperii citra teſtamentum de tutela filii ſui disponente*, Marb. 1749.

(c) A. B. cap. 7. §. 4: "Si principem electo„rem ſeu eius primogenitum aut filium ſeniorem „laicum mori, et heredes maſculos legitimos, lai„cos, defectum aetatis patientes relinquere con„tingeret; tunc *frater ſenior* eiusdem primogeniti, „*tutor* eorum et adminiſtrator exiſtat, donec ſe„nior ex eis *legitimam aetatem* attigerit, quam in „principe electore *decem et octo annos* completos „cenſeri volumus, et ſtatuimus perpetuo haberi: „quam dum exegerit, ius, vocem et poteſtatem, „et omnia ab ipſis dependentia tutor ipſe ſibi to„taliter cum officio teneatur protinus aſſignare."

(d) Conf. 1) Dominic. ARVMAEVS *de tutela, cura et adminiſtratione electorali legitima, ſemper et ſoli agnato ſeniori, atque proximiori, nulla obſtante diſpoſitione teſtamentaria, ex lege imperii publica debita*, Ien. 1620. in eius *diſcurſ. iur. publ.* vol. 3. p. 30., 2) Ioh. Caſp. VNRATH *de tutela electorali teſtamentaria*, 1648. 4. in FRITSCHII *exerc. iur. publ.* p. 1. p. 1., 3) Ioh. Rup. Xav. CHRISTMANN *de inualiditate teſtamentariae tutelae electora lis*

Digitized by Google

lis S. R. G. Argent. 1726., 4) Ioh. Ge. Estor diſſ. *num elector ſecularis impuber ſit in tutela electoris clerici agnati?* Marb. 1745.

§. 76.

Quae in *legibus imperii* ſancita ſunt de omnibus et quibuscumque tutoribus a magiſtratu *confirmandis* atque *iureiurando* obſtringendis, et de *inuentario* ab iis conficiendo *rationibusque annuis* reddendis, nominatim tantum ad tutores pupillorum mediatorum pertinent (a). Etiamſi vero compluribus quoque in familiis illuſtribus id obſeruetur, vt, qui ad tutelam vocantur, auctoritate caeſarea ſiue in conſilio imperiali aulico ſiue in camera imperiali praeſtito iureiurando confirmentur (b); non deſunt tamen et aliae familiae, in primis electorales, in quibus *contraria obſeruantia* obtinet (c). Quumque tutores illuſtres non tam ipſi, quam per collegia ad adminiſtrandam rempublicam conſtituta tutelam adminiſtrare ſoleant; ipſi quoque hodie *tutelam ſuperiorem* (Obervormundſchaft) ſibi vindicant, eoque nomine tum officiales, tum omnia expedienda pupilli minorisue regentis inſigniri ſolent. Quantumuis itaque tutela non amplius aeque ac olim fructuaria ſit (d); rationes tamen geſtae adminiſtrationis quotannis non

nec proinde ſimpliciter ex lege politiae imperii diiudicanda.

 tam

tam imperatori, quam ipſi tutori, et finita tutela minori, dum ſui iuris fit, redduntur; ad imperatorem non niſi *actione tutelae directa* forte inſtituta deducuntur.

(a) Reichspolizeyordnung 1548. Tit. 31., 1577. Tit. 32.: — "wollen wir allen und jeden Churfürſten, Fürſten, Prälaten, Grafen, Herren, von Adel und Communen hiermit ernſtlich auferlegt und befohlen haben, in ihren Fürſtenthümern, Herrſchaften, Obrigkeiten und Gebieten dermaßen Verſehung zu thun und zu verordnen, — daß ein jeglicher Vormund, er ſey gleich in Teſtamentsweiſe verordnet, oder durch das Recht oder (vom) Richter gegeben, ſich der Vormundſchaft nicht unterziehen ſoll, die Verwaltung ſey ihm dann zuvor durch die Obrigkeit decernirt und befohlen. ꝛc."

(b) Incidenter tantum mentio fit *petitionis et admiſſionis tutorum et curatorum* in R. I. 1570. §. 98., *Conc. ord. cam.* part. 3. tit. 9. §. 6., et *ſupplicationum pro confirmatione aut ordinatione tutorum* in *Mem. procur.* 1587. §. 1., C. O. C. part. 1. tit. 34. §. 13. Formula iurisiurandi a tutore praeſtandi, iuncta renunciatione SC. Velleiani et Auth. *Si qua mulier* a matre tutrice facienda, praeſcripta eſt in O. C. 1555. part. 1. tit. 76., C. O. C. part. 1. tit. 94.

(c) Moſers Staatsr. Th. 18. S. 299., perſönliches Staatsrecht Th. 1. S. 507.

(d) Conf.

(d) Conf. 1) Lvdewig diſſ. *de tutela fructuaria*, Hal. 1712.; 2) Diet. Herm. Kemmerich diſſ. *an tutor illuſtris ad inuentarium conficiendum et rationes reddendas obſtrictus ſit?* Ien. 1739.; 3) Pvfendorf tom. I. *obſ.* 47. p. 119.

§. 77.

Terminum minoris aetatis in electoribus aurea bulla conſtituit annos decem et octo completos (a), idemque obtinet complurium familiarum illuſtrium ſpecialibus ex pactis priuilegiisque et obſeruantia. In reliquis familiis, vbi ius Saxonicum viget, terminus XXI. annorum, aut ex iure communi Romano terminus XXV. annorum obſeruatur (b), niſi venia aetatis ab imperatore impetretur (c). 2) Terminus minoris aetatis.

(a) A. B. cap. 7. §. 4. vid. ſupra §. 25. p. 130.

(b) Conf. 1) Diet. Herm. Kemmerich diſſ. *de maiore principum aetate, ſeu quando tutela principum finiatur*, Lipſ. 1714., 2) Io. Pet. de Lvdewig *de aetate puberum et maiorum regum, principum, clientum, ſubditorum*, Hal. 1725.

(c) Gottfr. Dan. Hoffmann *de iure Imp. principibus Germaniae veniam aetatis concedendi*, Tübing. 4.

Digitized by Google

§. 78.

II) Iura tutelae, ſpeciatim quoad feuda imp.

Iura et obligationes tutoris et pupilli illuſtris ex iure communi obſeruantur (a). Quod ad *feuda imperii* attinet, ſpecialis nouior ſanctio iubet tutorem inueſtituram nomine pupilli petere, ab hoc deinde non amplius renouandam (b).

(a) Conf. e. g. Io. Laur. Fleischer *an princeps ex factis ſui tutoris poſſit obligari?* Hal. 1716.

(b) Capitul. (1711. ex mon. princ. 1663.) art. II. §. 5. 6.: "Wenn auch ein Churf. F. oder ſonſt unmittelbarer Stand und Lehen-Mann des Reichs mit Tode abgehet, und **minderjährige Lehens-Erben**, ſiue puberes ſiue impuberes, hinter ſich verläſſet; ſo **ſoll der Vormund**, oder die Vormünder, nach angetretener würklichen Adminiſtration der Tutel oder Curatel, ihre, **der minderjährigen von dem Reich habende Regalien und Lehen innerhalb Jahr und Tag würklich ſuchen**, und bey der darauf folgenden Belehnung das gewöhnliche iuramentum fidelitatis ablegen und die Gebühr entrichten; **an welche** der Vormünder Empfangung und eidliche Verſprechung **die Minderjährigen** ſelbſten, **nach erlangter Pubertät**, und reſpectiue Majorennität, **dergeſtalt gebunden ſeyn ſollen**, als wann ſie Minderjährige berührte Regalien und Lehen nach übernommener Regierung ſelbſten empfangen, und den Lehens-

hens=Eid erſtattet hätten (§. 6.). Dagegen ſollen und wollen wir ſie, Minderjährige, nach erlangter Pubertät oder Majorennität zu anderwärtiger Empfängniß ſolcher Lehen und Regalien, wie auch Lehens=Eid nicht, vielweniger einer doppelten oder weiteren Entrichtung des Lehen=Taxes anhalten, ſondern ſie bey obgedachter erſter den Vormündern ertheilten Belehnung allerdings laſſen."

Digitized by Google

CAP. III.

DE TESTAMENTIS, PACTIS, DELICTIS, CAVSISQVE IVDICIARIIS ILLVSTRIVM.

§. 79.

1) Teſtamenta illuſtrium.

TESTAMENTA illuſtrium, quod ad *formam* attinet, *ſollennitatibus iuris Romani* adſtricta ſunt (§. 2.), niſi quod vi eiusdem iuris princeps *in ſuo ipſius iudicio* valide teſtari poſſit (a).

(a) Conf. 1) Huld. ab EYBEN *de teſtamento principis vel comitis S. R. I.*, Gieſſ. 1662. 4. in eiusd. *ſcriptis* part. 2. pag. 378. et in FRITSCH. *exerc. iur. publ.* vol. 2. pag. 362., 2) Ge. Ad. STRVV. *de teſtamentis principum imperii*, Ien. 1688., 3) Paul. Godofr. GAMBS *de teſtamentis principum ordinandis*, Argent. 1690., 4) Henr. COCCEIVS *de teſtamentis principum*, Francof. ad Viadr. 1699. 4. in eiusd. *exercit.* vol. 2. n. 19., 5) Sam. STRYCK *de principe teſtatore*, Hal. 1701., 6) Ge. Wilh. LVTHER *de teſtamentis principum*, Altorf. 1707., 7) Io. Henr. FELZ delibata iuris publici controuerſi: *de teſtamentis principum imperii*, Argent. 1709., 8) Eberh. Sigism. WINKOF *de eo, quod circa principis imperii diſpoſitionem teſtamentariam iuſtum eſt*, Erf. 1732., 9) Ioh. Ge.

Digitized by Google

Ge. Mühlhavse *de teſtamentis principum*, Marb. 1733. 4.

§. 80.

Etiam in PACTIS et CONTRACTIBVS *ius Romanum* non minus inter illuſtres, quam inter reliquos Germaniae ciues valet (a), et vel ex eodem fonte deriuanda, ſi qua ſunt, *ſingularia principum*, veluti vt *donationes* eorum etiam vltra quingentos ſolidos inſinuatione iudiciali haud indigeant (b). II) Pacta et contractus;

(a) Conf. 1) Ioh. Stravch diſſ. *de contractibus principum*, Ien. 1673., 2) Ge. Ad. Strvv diſſ. *de contractibus principum*, Ien. 1688., 3) Henr. Bodini diſſ. *de contractibus ſummarum poteſtatum*, Hal. 1696., 4) Henr. Andr. Walther diſſ. *de contractibus ſummorum imperantium*, Gieſſ. 1728., 5) Tob. Iac. Reinharth diſſ. *de principe contrahente*, Erf. 1731.

(b) L. 34. C. *de donation.*

§. 81.

In DELICTIS denique etiam *conſtitutioni Carolinae* ſua vis eſt (a), vti in PROCESSV *ordinationi camerali* ceterisque legibus imperii iudiciariis. In CONCVRSV CREDITORVM tantum hoc ſingulare, vt *maſſa ex reditibus*, non ex ipſis bonis conſiſtat, adeoque et omnes creditores III) Delicta, proceſſus et concurſus.

Digitized by Google

pro ſerie temporis ſenſim ad ſolutionem perueniant (b).

(a) Conf. 1) Io. KLEIN *de foro illuſtris filii delinquentis*, Roſt. 1697., 2) Phil. Franc. BELMONT *de iure puniendi principem in proprio vel alterius territorio delinquentem*, Erf. 1717., 3) Io. Ge. CRAMER *de natura et indole delictorum et poenarum in cauſis ſtatuum Imp. R. G.*, Frf. ad Viadr. 1728., 4) Gotth. Sam. TREÜER *de iure criminali publico S. R. I. cautiſſime diiudicando*, Goetting. 1740., 5) Chr. Frid. Ge. MEISTER *de iure, quod in delictis perſonarum illuſtrium obtinet*, Goetting. 1748.

(b) Conf. 1) Io. Ge. ESTOR diſſ. *de inſigni differentia inter proceſſum conturbationis, vulgo concurſus, illuſtrium et priuatorum*, Marb. 1758.; 2) Joh. Ulr. v. Cramer von Edictalcitationen der Creditoren eines immediati, in ſeinen Nebenſtunden Th. 11. und 21.; 3) Ioh. Dan. Henr. MVSAEVS *de iure commiſſionum, quae in concurſu illuſtrium ſolent conſtitui*, Goett. 1774.; 4) Joh. Jac. Moſer vom reichsſtändiſchen Schuldenweſen, Frf. Th. I. 1774., II. 1775. 4.

Digitized by Google

Verzeichniß der Schriften des Herrn Geh. Juſt. = Rath Pütter, ſo bey Vandenhoek und Ruprecht verlegt worden.

Pütteri, *Jo. Steph.* tabulae genealogicae. fol. maj. 768. 12 ggr.
— tabulae iuris publici ſynopticae. fol. maj. 788. 8 ggr.
— opuscula rem judiciariam Imperii illuſtrantia. 4 maj. 766. 1 rthl. 8 ggr.
— elementa iuris germanici privati hodierni. Edit. III. 8. maj. 776. 16 ggr.
— primae lineae juris privati Principum ſpeciatim Germaniae. Edit. III. 8 maj. 789. 20 ggr.
— nova epitome proceſſus imperii amborum tribunalium ſupremorum; edit. IV. 8 maj. 786. 1 rthl.
— inſtitutiones juris publici germanici. Edit. IV. 8 maj. 787. 1 rthl. 8 ggr.
— ſpecimen juris publici et gentium medii aevi de inſtauratione imperii rom. ſub Carolo M. et Ottone facta ejusque effectibus. 8 maj. 781. 16 ggr.
— zwey Tabellen über das allgemeine Kirchenſtaatsrecht und die Religion. gr. fol. 786. 3 ggr.
— auserleſene Rechtsfälle aus allen Theilen der in Teutſchland üblichen Rechtsgelehrſamkeit in Deductionen, rechtlichen Bedenken, Relationen und Urtheilen. 1r u. 2r Band in 8 Theilen und 3n Bds. 1r bis 3r Theil, fol. 763 = 79. jeder Theil 1 rthl. 16 ggr. zuſammen 18 rthl. 18 ggr.
— rechtliches Bedenken über einige landſchaftliche Beſchwerden der Hochgräfl. Reußiſchen Herrſchaft Gera im Namen der Göttingiſchen Juriſtenfacultät. fol. 773. (auch in den Rechtsf. B. 2. Th. 4.) 6 ggr.
— Deductionen für die Geraiſche Ritter= und Landſchaft gegen Herrn Heinrich den XXX Grafen Reuß jüngerer Linie zu Gera. fol. 778. (auch in den Rechtsfällen B. 3. Th. 2.) 1 rthl. 16 ggr.
— Verſuch einiger nähern Erläuterungen des Proceſſes beyder höchſten Reichsgerichte in einer practiſchen Sammlung ganz neuer Cammergerichts= und Reichs=Hofraths=Sachen gr. 4. 768. 1 rthl.
— patriotiſche Gedanken über einige das kaiſerl. und Reichs=Cammergericht und deſſen Viſitation betreffende Fragen. gr. 4. 768. 5 ggr.
— weitere Ausführung der obigen Fragen. gr. 4. 768. 3 ggr.
— von der Sollicitatur am K. und R. Cammergericht, gr. 4. 768. 3 ggr.
— unpartheyiſche Gedanken über die in dem Cammergerichts=Viſitations=Berichte vom 16 Jul. 1768. enthaltenen Materien. gr. 4. 769 5 ggr.
— Verſuch einer richtigen Beſtimmung des kaiſerl. Ratificationsrechts. gr. 4. 769. 5 ggr.
— freymüthige Betrachtungen über die Senate am K. und R. Cammergerichte. gr. 4. 772. 6 ggr.
— neueſter Reichsſchluß über einige Verbeſſerungen des K. und R. Cammergerichts ꝛc. gr. 4. 776. 8 ggr.
— wahre Bewandniß der am 8 May 1776. erfolgten Trennung der bisherigen Viſitation des K. und R. Cammergerichts. gr. 4. 776. 20 ggr.
— über das Präſentationswesen am Cammergerichte, inſonderheit die jetzige Lage der Churpfälziſchen Präſentation betreffend. gr. 4. 781. 6 ggr.

Püt=

Digitized by Google

Pütter J. Steph. der Bücher-Nachdruck nach richtigen Grundſätzen des Rechts geprüft. gr. 4. 774. 18 ggr.

— über den Unterſchied zwiſchen öffentl. und Privat-Schulen inſonderheit im Hochſtifte Osnabrück. gr. 4. 778. 4 ggr.

— Gedanken, unmaßgebliche über die von der Osnabrückiſchen Stadt Fürſtenau wegen der daſelbſt geſtatteten catholiſchen Religionsübung geführten Beſchwerden. 4. 788. 2 ggr.

— hiſtoriſch politiſches Handbuch von den beſondern teutſchen Staaten, 1r Theil von Oeſterreich, Bayern und Pfalz. gr. 8. 758. nebſt Anhang. 1 rthl. 2. ggr.

— kurzer Begriff des teutſchen Staatsrechts. gr. 8. 768. 14 ggr.

— Verſuch einer academiſchen Gelehrtengeſchichte von der Georg-Auguſtus-Univerſität zu Göttingen, 2 Thle m. Kupf. gr. 8. 765. u. 788. 2 rthl. 16 ggr.

— neuer Verſuch einer juriſtiſchen Encyclopädie und Methodologie, nebſt etlichen Zugaben. gr. 8. 767. 14 ggr.

— Anleitung zur juriſtiſchen Praxi, 2 Theile gr. 8. 789. 1 rthl.

— vollſtändigeres Handbuch der teutſchen Reichshiſtorie. gr. 8. 772. 3 rthl.

— Grundriß der Staatsveränderungen des teutſchen Reichs. 6te Aufl. gr. 8. 789. 16 ggr.

— teutſche Reichsgeſchichte in ihrem Hauptfaden entwickelt. zwote fortgeſetzte Ausg. gr. 8. 783. 1 rthl. 8 ggr.

— hiſtoriſche Entwickelung der heutigen Staatsverfaſſung des teutſchen Reichs. 3 Thle gr. 8. 788. 3 rthl. 4 ggr.

— Litteratur des teutſchen Staatsrechts. 3 Thle gr. 8. 776-783 4 rthl. 16 ggr.

— Beyträge zum teutſchen Staats- und Fürſten-Rechte. 1r u. 2r Theil. gr. 8. 777-79. à 16 ggr. 1 rthl. 8 ggr.

— Etwas zur vorläufigen Ueberſicht des teutſchen Staatsrechts der mittleren Zeiten. gr. 8. 788. 2 ggr.

— über den Werth der Conventionsmünze. gr. 8. 784. 2 ggr.

— Empfehlung einer vernünftigen neuen Mode teutſcher Aufſchriften auf teutſchen Briefen. gr. 8. 775. 2 ggr.

— Ueber die Richtigkeit und Rechtſchreibung der teutſchen Sprache; einige Bemerkungen. gr. 8. 780. 9 ggr.

— die Augsburgiſche Confeſſion, in einem neuen Abdrucke und mit einer Vorrede ꝛc. 8. 776. 4 ggr.

— die chriſtliche Religion in ihrem wahren Zuſammenhange und in ihrer Vortrefflichkeit vorgeſtellt. 8. 779. 6 ggr.

Digitized by Google

IOANNIS STEPHANI PVTTERI

I. V. D. A CONSIL. REG. IVST. INT. ET IVRIS PVBLICI IN ACADEMIA GEORGIA AVGVSTA PROFESSORIS ORDINARII

SYLLOGE COMMENTATIONVM IVS PRIVATVM PRINCIPVM ILLVSTRANTIVM.

GOETTINGAE

SVMTIBVS VIDVAE VANDENHOECK

1779.

Digitized by Google

Digitized by Google

Dum praelectiones, quibus ius priuatum principum ſubinde tradere ſoleo, primis huius diſciplinae lineis ducendis anſam mihi praebuerunt; addere iuuit commentationes nonnullas, quibus iam a compluribus annis inde vnum alterumue eiusdem diſciplinae argumentum tractaui, quas pro communi diſſertationum academicarum fato, quo primae earum editiones paucorum in manibus eſſe ſolent, paſſim deſiderari animaduerti.

Optaſſem equidem, vt ea, in quibus dies diem docuit, curis poſterioribus magis dilucidare atque emendare potuiſſem. Sed has ipſas curas aliis, ſi Deo placuerit, temporibus relinquere plus vna ratione neceſſe mihi fuit.

Scrib. Goettingae d. 20. April. 1768.

SE-

Digitized by Google

SERIES COMMENTATIONVM.

I. *De iure feminarum adſpirandi ad fideicommiſſa familiae et de earum renunciatione, quae fit exſtincta iam ſtirpe maſculina*, vulgo nach dem ledigen Anfall, Diſſertatio, quam publice defendit Io. Chriſtoph. SIXT, Altena-Marcanus, Marburgi menſe Sept. 1745. p. 1-48.

II. *De augendo apanagio auctis reditibus natu maximi filii, penes quem imperium eſt, vulgo primogeniti regentis*, opuſculum cum *praefatione* Ioannis Adami KOPPII IC. Regiminis et Conſiſtorii Marburgenſis Directoris, *de incongrua adplicatione paragii et apanagii improprii ad familias Germanorum illuſtres.* Impreſſum Ienae litt. Ioh. Fried. Ritteri 1745. p. 49-170.

III. *De normis decidendi ſucceſſionem familiarum illuſtrium controuerſam*, Diſſertatio Inauguralis, quam pro ſummis in vtroque iure honoribus conſequendis publice defendit Io. Philippus DE LEDERGERW, Vratislauienſis. Goettingae menſe Dec. 1757. p. 171-244.

I. DE

I.

DE IVRE FEMINARVM ADSPIRANDI AD FIDEICOMMISSA FAMILIAE ET DE EARVM RENVNCIATIONE QVAE FIT EXSTINCTA IAM STIRPE MASCVLINA VVLGO NACH DEM LEDIGEN ANFALL.

Diſſertatio, quam publice defendit
Ioh. Chriſtoph. Sixt, Altena Marcanus,
Marburgi menſe Sept. 1745.

Digitized by Google

Digitized by Google

CONSPECTVS.

Cap. I. *de iuſto hereditatum ordine ſecundum mores patrios agit, et vera ſucceſſionis Germanicae principia tradit.*

Vbi docetur I.) *occaſio huius argumenti* §. 1. 2. II.) *fundamentum eius ſolum ius Germanicum* §. 3. III.) *principium ſucceſſionis Germanicae*: a) *vt conſeruentur familiae* §. 4. 5. b) *ne bona alienentur nec diuidantur* §. 6. c) *vt ſoli mares ſuccedant* §. 7. d) *vt non vltimo defuncto, ſed primo adquirenti ſuccedatur* §. 8.

Cap. II. *quid Romano et Canonico iure recepto in ſucceſſione Germanica mutatum ſit, oſtendit.*

Nimirum alia omnia ſtatuit ius Romanum §. 9., *quod haud parum infregit Germaniae mores* §. 10. *Quum enim Romanis alienatio bonorum non fuerit prohibita* §. 11., *expreſſis familiae legibus eam vetari ſuadebant ICti Romani* §. 12., *quos ſequi paene debebant familiae Germanicae; Vnde primum fideicommiſſi nomen ortum*, §. 13. *et omnia bona auita fideicommiſſa dicta* §. 14. *Pariter, quia filias non excludendas putabant* §. 15., *renunciare eas curabant* §. 16., *reſeruato regreſſu* §. 17.

Digitized by Google

CAP. III. *iura feminarum adſpirandi ad praedia auita generatim pertractat.*

Feminae ſcilicet ſuccedunt exſtinctis maribus §. 18., *vbi quidem ceſſat conſeruatio familiae per maſculos* §. 19., *retinentur autem reliqua iuris Germ. principia* §. 20. 21. *Interim licet feminis omnibus ius ſuccedendi aperiatur, non omnes tamen ſimul ſuccedunt* §. 22., *ſed ordine ſuccedendi vel lineali, vel graduali* §. 23., *illo quidem, ſi ius primogeniturae viget* §. 24. 25., *hoc ſi ſucceſſio ordinaria obtinet* §. 26.; *De qua ſucceſſione feminarum graduali ordinaria traduntur regulae ſpeciales* §. 27-34.

CAP. IIII. *de ſucceſſione feminarum ſpeciatim in fideicommiſſa familiae agit.*

Secundum familiae enim leges §. 35. *aliae tradendae ſunt regulae* §. 36., *alia quoque nomina* §. 37. *Nam bona auita fideicommiſſa; et primus adquirens fideicommittens vocatur* §. 38. *Re ipſa tamen, niſi forſan ius primogeniturae introducatur* §. 39., *parum mutatur* §. 40. 41. *praeter accidentalia quaedam* §. 42. *e. gr. ne diuidantur bona* §. 43. *vt ſatisdetur agnatis* §. 44., *vt probetur nobilitas proauita* §. 45., *et vt obſeruandum ſit diſcrimen inter fideicommittentem et primum adquirentem* §. 46.

CAP. V. *de renunciationibus agit feminarum nobilium, quae fiunt exſtincta iam ſtirpe maſculina, vulgo, nach dem ledigen Anfall.*

Quae renunciationes proprie hoc nomen merentur §. 47., *eademque iura habent, ac ſi inter mares factae eſſent* §. 48., *proinde non fiunt in fauorem maſculorum* §. 49., *ſed veram alienationem continent* §. 50. *Etſi*

vero

Digitized by Google

vero ſuo quisque iuri renunciare poteſt §. 51. 52., *in alterius tamen iure id non valet* §. 53.; *hinc feminae poſterorum iuri non poſſunt renunciare* §. 54., *ſed poſteri bona a maioribus alienata iure reuocant tum ab extraneis, tum a longinquioribus cognatis.* §. 55. 56.

Cap. I.

DE IVSTO HEREDITATVM ORDINE SECVNDVM MORES PATRIOS AGIT ET VERA SVCCESSIONIS GERMANICAE PRINCIPIA TRADIT.

§. I.

Argumentum de ſucceſſione Germanica non ita pridem excoli coeptum.

Haud ſane diu eſt, quum de ſingulari iſta praediorum auitorum ſpecie, quam fideicommiſſi familiae nomine iureconſulti ſolis Romanorum vocibus imbuti ſignarunt, et de pactis, quibus aut conſeruatur, aut transfertur, aut adimitur alicui hereditas, immo generatim quum, de vero hereditatum ordine ſecundum optima maiorum noſtrorum inſtituta quid recte ſentiendum ſit, ex abſconditis iisque puris patriorum morum reliquiis eruerint iuris periti noſtrates. Laudari ſatis numquam poterit opera virorum de inſtauranda Germanorum

 iuris-

iurisprudentia praeclare meritorum, illuſtris Ivsti Henningii Boehmeri, Nicolai Hieronymi Gvndlingii, perilluſtris Ioannis Vlrici l. b. de Cramer, illuſt. Henrici Christiani Senckenbergii, aliorumque, qui *de fundamento pactorum ad fideicommiſſa familiae inclinantium*, *de renunciatione hereditatum filiarum illuſtrium*, *de pactis hereditariis renunciatiuis filiarum nobilium* exquiſitiſſima elaborarunt opuſcula.

§. II.

praecipue id, quod de renunciationibus filiarum agit,

Fateor, et cuilibet fatendum eſſe reor, viros hosce ſuo quemque labore ita perfunctos fuiſſe, vt, qui ei addere aliquid, ne dicam emendare illum velit, eum difficillimum, immo temerarium opus adgredi, contendere auſim. Ego vero tantorum virorum laboribus potius veluti fundamentis niti, aliaque quaecumque pro exiguis ingenii viribus ſuperſtruere ſtudebo. Reperi nimirum, in eam potiſſimum pactorum ſpeciem huc vsque inquiſiuiſſe iurisconſultos, quibus filiae nobiles ſiue illuſtres, exſiſtente adhuc ſtirpe maſculina, a bonis auitis ſe abſtenturas eſſe pollicentur, vulgo renunciant hereditatibus. Sunt temen etiam pacta, quibus, exſtincta iam ſtirpe maſcula, et deficientibus maribus, renun-

eaque ſpeciatim, quae fit exſtin-

renunciatur poſſeſſionibus auitis; quam renunciationum ſpeciem quum breuiſſimis illuſtrandam mihi propoſuerim, non poſſum non monere ante omnia generalia quaedam de ordine hereditatum ac natura renunciationum et fideicommiſſorum principia, quae tamen ſi pluribus verbis euincere non iuuerit, licebit hic generatim prouocare tantum ad laudata modo virorum illuſtrium ſcripta, quorum ſingula loca in omni pagina citare nec vacat, nec opus videtur. ſta iam ſtirpe maſculina.

§. III.

Mirum in modum placet mihi regula, quam vir, quem honoris cauſſa nomino et praeceptorem veneror, illuſtris IVSTVS HENNINGIVS BOEHMER in dicta diſſertatione *de fundamento pactorum familiae ad fideicommiſſa inclinantium* cap. 2. §. 2. pag. 22. primo loco commendat, vt ſcilicet Germanorum noſtrorum inſtituta ex ſolis eorumdem iuribus moribusque, Romana ex ſolis Quiritium legibus deriuari ac tradi oporteat. Quodſi enim vlla in re detrimentum iurisprudentiae adfert diuerſorum iurium confuſio; profecto in hoc argumento, vbi ius Romanum a moribus Germanorum non differt, ſed abhorret plane, commixtio talis erit pernicioſiſſima. Probe hic ſeparanda ſunt diuerſa iura, Rom. et Germ.

Digitized by Google

Vnde derelinquamus hic paullulum Romanorum delicias, ſubtilitates puta, et ſolas potius maiorum noſtratium leges et conſuetudines ſequamur, fas eſt.

§. IIII.

Primum ſucceſſionis Germanicae principium eſt conſeruatio familiae.

Germani, quorum reſpublica ita militaris olim erat, vt vnumquemque nobilem, qui feudum veluti ſtipendii loco poſſidebat, militia fungi oporteret, in eo omnem familiae ſplendorem conſiſtere, exiſtimabant, vt maſculi perpetuam in re militari operam praeſtarent. Enimuero quum ſtipendia haud darentur militibus praeter feuda, neceſſarium erat, ad cogendos militiae ſumtus, omnem curam in ſeruandis familiarum bonis figere. Hinc maiores noſtri, quandocumque de hereditatum ordine aliquid diſceptandum veniebat, ſolum illud ſemper curare ſoliti fuerunt, vt conservarentvr familiae, de quarum poſſeſſionibus agebatur; Quae propterea familiae conſeruatio, ceu praecipuus Germanorum finis, in vniuerſo ſucceſſionis hereditariae argumento haud inepte primi principii loco ſubiicitur, adeo, vt, quidquid familiae conſeruandae contrarium videri poſſet, merito tamquam abſonum et repugnans iuri Germanico reiiciendum ſit, contra, quo magis aliquid cum

eum ſine hoc conſeruationis familiarum conuenit, eo tutius illud ex analogia iuris patrii defendi queat.

§. V.

Sicuti *familiae* nomine hic eae tantum comprehenduntur perſonae, quae a primo adquirente deſcendunt, ita eius *conſeruatio* in eo conſiſtit, vt omnia bona, quae ſemel in familia quadam adquiſita ſunt, ſemper in eadem remaneant integra. Haud enim facile diminuetur antiquus familiae ſplendor, ſi, nec diuiſis, nec alienatis maiorum praediis, integrae ad poſteros transmittuntur auitae diuitiae ac poſſeſſiones, quae tamen facillime disperduntur et ſimul cum familiae dignitate dispereunt, ſi vel diuidere vel alienare licet bona a maioribus profecta.

Quae conſeruatio in eo conſiſtit,

§. VI.

Generatim inde collegerunt Germani, ante omnia cauendum eſſe, NE EXTRA FAMILIAM ALIENENTVR BONA AVITA, et VT, ſi quo pacto id fieri potuerit, EVITENTVR OMNES BONORVM DIVISIONES, quem in finem inuentum ius primogeniturae et apanagii.

ne bona auita alienentur; nec diuidantur;

Digitized by Google

§. VII.

et vt ſoli mares ſucce-dant.

Quum vero familiae nomen ac ſplendor proprie non per feminas, ſed per mares ſolum, filiosque propagetur, maxime quum feminae militiae munus ſuſtinere nequeant (§. 4.), mirum non eſt, maiores noſtros ſequiori ſexui in ſucceſſione hereditaria praetuliſſe ſemper maſculinam ſtirpem. Immo ne, ſucceſſione feminarum admiſſa, frequentiſſimis diuiſionibus exponerentur bona familiae, optime conuenit fini Germanis praeſcripto (§. 6.), VT FILIAE AC FEMINAE OMNES EXCLVDERENTVR AB HEREDITATE AVITA, dum adſunt in eadem familia mares a primo adquirente deſcendentes, atque illae tunc demum admitterentur, ſi in vniuerſa familia maſculus a primo adquirente deſcendens exſiſtit nemo.

§. VIII.

Vnde non ſucceditur vltimo defuncto, ſed primo adquirenti.

Omnia igitur bona a maioribus adquiſita alienare vetitum erat moribus Germanicis, nec quisquam, qui bona talia iure agnationis poſſidebat, ea in alium transferre poterat, quam in illum, ad quem ordo naturae et agnationis ipſo iure deuoluebat hereditatem auitam. Vnde ortum ſupremum illud iuris Germanici princi-

ci-

Digitized by Google

cipium: IN BONIS AVITIS NON EX BENEFICIO VLTIMI poſſeſſoris, ſeu vltimi DEFVNCTI, quippe qui nec dare, nec adimere poteſt hereditatem a maioribus traditam, SED EX PACTO ET PROVIDENTIA MAIORVM, id eſt, ex eo iure, quod a primo adquirente immediate ad omnes eius deſcendentes ſecundum ordinem agnationis tranſit, SVCCEDI.

CAP. II.

QVID ROMANO ET CANONICO IVRE RECEPTO IN SVCCESSIONE GERMANICA MVTATVM SIT, OSTENDIT, ET RENVNCIATIONVM ORIGINEM DOCET.

§. VIIII.

Cunctae hae, quas tradidimus, ſucceſſionis hereditariae normae, quae omnino exploratae ſunt ſecundum patrias conſuetudines et leges, aduerſantur plane iuribus Romanorum, qui nec diuidi, nec alienari bona vetant, qui nec excludunt feminas, nec praeferunt illis maſculos, qui liberam cuique bonorum ſuorum diſpoſitionem relinquunt, qui propterea, ſoli vlti-

Alia ſtatuit ius Romanum,

vltimo defuncto eiusque beneficio, non maioribus, ſuccedi ſtatuunt.

§. X.

quod irrupit in Germaniam et infregit eius mores.

Etſi vero vix credi poſſit, tam diuerſa iura in eadem republica, in Germania inquam, quarum ciues tot ſeculis morum ſuorum tenaciſſimi fuerant, confligere vmquam potuiſſe; tamen experti ſumus, tantam cladem intuliſſe patriis conſuetudinibus exteras illas Romanorum leges, licet ſaluis moribus noſtris receptas, vt paene pactis, ſtatutis, et vel iureiurando ne conſeruari quidem ſarta tecta potuerint ea iura, quae olim ſolis moribus immota ſteterant.

§. XI.

Alienationem enim bonorum non prohibet.

Quum itaque olim ipſo iure certum eſſet, non poſſe vendi vlloue modo extra familiam alienari bona auita, iam, niſi pacto aut teſtamento, Quiritium more rite ac ſolemniter condito, id ſpeciatim cautum fuerit, facillime Romani iuris interpretes deſtruebant hanc alienandi prohibitionem, et dubitabant ſaltim, an quis teſtamento de rebus ſuis libere ſecundum XII. tabulas legare, contractuue bona alienare non poſſit?

§. XII.

Digitized by Google

§. XII.

Si qua igitur familia ſe tueri volebat ab irruente iuris Romani impetu, neceſſarium erat pactis teſtamentisue corroborare id, quod iam alioquin moribus patriis firmum ſatis fuerat. Fiebat id ſuaſu egregiorum illorum hominum, qui ſeculo XIV. et XV., patriarum rerum obliti, Italiam migrauerant, acceperant ibi, ducibus viris pro eorum temporum barbarie ipſis harum rerum ignaris, Romanorum leges, audiuerant, legerant corpus Iuſtinianei iuris, intellexerant illud pauciſſimi, deuorauerant omnes Baldi ac Bartoli aliorumque id genus Doctorum gloſſas, venerati eas pariter ac decreta et Canones pontificum, reuerſi demum in patriam, alienorum iurium veneratione magis, quam ſcientia inſtructi, ſi non merebant, oſtentabant tamen grandia Iurisconſultorum, ſacerdotum iuſtitiae, nomina. Hinc expreſſis familiae legibus eam vetari ſuadebant ICti Romani,

§. XIII.

Hos praeeuntes, niſi cum plebe expelli plane vellent maiorum inſtituta, ſequi neceſſario oportebat nobiles atque illuſtres pleraſque Germaniae familias. Suadere autem ii alia non poterant, quam quae in Italorum ſubſelliis acceperant, Romana quos ſequi oportebat familias Germanicas;

mana ſcilicet. Quumque didiciſſent ibi, alienatione rerum ſuarum neminem prohiberi poſſe, niſi forſan fideicommiſſo quodammodo reſtringatur iſta alienandi libertas, confecerunt inde, aptiſſimum modum conſeruandi morem Germanorum antiquum eſſe fideicommiſſum; nominauerunt deinde ſpeciem illam bonorum Germanicam, quam alienare non licet, fideicommiſſum; diiudicauerunt hoc ſecundum normam legum Romanarum; et propagarunt ad noſtra vsque tempora notiſſimum hodie nomen: *fideicommiſſum familiae*.

Vnde primum fideicommiſſi nomen ortum,

§. XIIII.

Factum hoc modo, vt paullatim omnia ea bona, quae auita olim praedia, Germanice *Stammgüter*, vocabantur, fideicommiſſa familiae nominarentur, eorumque natura haud parum inflecteretur commixtis cum Germanico iure Romanorum conſtitutionibus. Quapropter *fideicommiſſa familiae* hodie ea bona dicuntur, in quibus maiores ad conſeruationem familiae iuris Germanici principia obſeruanda eſſe ſtatuerunt.

et omnia bona auita fideicommiſſa familiae dicta,

* Innumera adſunt de his fideicommiſſis ſcripta, quorum vnicum dumtaxat nominabo, Philippi Knipschildii opus *de fideicommiſſis familiarum nobilium*, vt taceam Marcvm Antonivm Peregrinvm, Franciscvm Censalivm,

de quibus plurima exſtant ſcripta.

LIVM, ANTONIVM DE PETRA, FERDINANDVM CHRISTOPHORVM HARPPRECHTVM, aliosque, quorum ſiluam recenſet BIBLIOTHECA LIPENIANA, et in eius *ſupplementis* V. C. IOANNES GOTTLIEB IENICHEN ſub voce: *fideicommiſſum.* Nimis autem omnes hi inhaerent non quadrantibus hic Romanorum ſcitis. Omnes ſuperant paucae illuſtris BOEHMERI paginae *de pactis ad fideicommiſſa familiae inclinantibus.* Vtilliſſima quoque eſt illuſtriſſimi COMITIS OETTINGENSIS *diatribe de fideicommiſſis*, neo vituperanda V. C. IOANNIS CHRISTIANI RVPPRECHTI diſſertatio *de fideicommiſſo familiae cognatico*, Marburgi cIↄIↄccxxxix. habita. Et eleganter nuper expoſuit *iuris communis et Germanici differentias in doctrina de fideicommiſſis*, praeſide illuſtri Ienenſium anteceſſore, IOANNE CASPARO HEIMBVRGIO, vir conſultiſſimus IOANNES ERNESTVS SCHROETERVS, Erlangenſis Academiae profeſſor.

§. XV.

Eadem ratione adgreſſi ſunt Romani iuris cultores alia Germanorum de feminis filiabusque ab hereditate auita excludendis inſtituta (§. 7.). Quoniam enim Quiritium iure nullum inter filios ac filias, quod ad hereditatem paternam attinet, diſcrimen intercedit; iniquiſſimum putabant, priuare natas parentum bonis, et praeponere filiabus filios. Quid quod ne fieri qui-

Pariter Romani, filias excludi, iniquum putabant.

Digitized by Google

quidem illud iure poſſe adſeuerabant, niſi ſe abdicauerint prius iure ſuo, quod in hereditates paternas iis aeque ac filiis eſſe fingebatur, reuera nullum erat. Saltim, vt in tuto collocaretur ſola filiorum ſucceſſio, conſulebant illud omnibus. Dicto audientes erant plerique. Abdicare ſe ſuo hereditario iure, vulgo renunciare hereditati auitae oportebat filias, licet ius nullum, quod cedere poterant, haberent. Quin iureiurando ſuaſu iuris Canonici firmabant pacta haec, quae euadebant demum vbique conſuetae renunciationes filiarum nobilium.

§. XVI.

Vnde renunciationes filiarum ortae.

Sunt igitur hae *renunciationes* pacta, quibus filiae promittunt, ſe, dum maſculi eius familiae adfuturi ſint, ad poſſeſſiones auitas adſpirare non velle. Et licet firmaretur tantum pactis talibus id, quod iam ipſo iure firmum erat; vt ſcilicet exſiſtentibus maribus feminae a maiorum bonis abſtineant (§. 7.); hoc tamen poſthaec non ex iure, ſed ex pacto deriuare coeperunt iureconſulti. Dubitabant potius, an ſine pacto, immo an ſine iureiurando adſtricta renunciatione recte excludantur feminae ab auitis poſſeſſionibus?

§. XVII.

Digitized by Google

§. XVII.

Etiamſi porro hoc ipſo ſolo iure noſtro intelligatur, vt exſtincta prorſus ſtirpe maſculina feminae eiusdem familiae hereditatem auitam adipiſcantur (§. 7.); id ipſum tamen pactis quoque munire ſtuduerunt ICti eorum temporum, eumque in finem in ipſa filiarum renunciatione curauerunt reſeruari filiabus ſucceſſionem, ſi quando olim exſtincta fuerit maſcula progenies, quod vocauerunt: *Verzicht bis auf den ledigen Anfall.* Quo marium exitu deinde eueniente, vt bona auita nanciſcerentur feminae ſuperſtites, non ad leges moresque patrios, ſed ad pacta haec, quamuis ſuperflua ea fuerint, prouocabant illae; et *pacta* illa barbare *renunciatiuo-reſeruatiua*, feminae vero *heredes regredientes*, *Regredient-Erben*, vocabantur.

In quibus reſeruatur tamen regreſſio, ſi exſtincta fuerit ſtirps maſcula.

Cap. III.

de ivre feminarvm adspirandi ad praedia avita sive fideicommissa familiae.

§. XVIII.

Feminae demum ſuccedunt exſtinctis omnibus maribus;

Quam diu adſunt mares, ab eo, qui primus bona adquiſiuit eaque poſteris ſuis reliquit, vulgo a *primo adquirente*, oriundi, tam diu feminae quaecumque nihil iuris in iſta bona auita habent. Simul autem atque maſculi illi omnes exſtincti ſunt, tunc demum feminis ac filiabus, quae ab eodem primo adquirente genus ſuum ducunt, ſuperſtitibus omnibus ipſo iure ſolisque moribus Germanicis aperitur ius adſpirandi ad auitas poſſeſſiones (§. 7.).

§. XIX.

vbi ceſſat quidem conſeruatio familiae per maſculos,

Quo facto plene quidem obtineri amplius non poteſt finis ille ſucceſſionis Germanicae, qui generaliter in conſeruando familiae ſplendore (§. 4.), ſigillatim inter alia quoque in praeferendo maſculino ſexu, tamquam militiae magis apto, conſiſtit (§. 7.). Verum in eo tamen, etiam deficiente licet ſtirpe maſculina, ſeruari poſſunt praeſcripta maiorum noſtrorum, vel

Digitized by Google

in ſola feminarum ſucceſſione, vt nec diuidantur, nec alienentur bona auita (§. 6.).

§. XX.

Nondum proinde opus eſt, vt deſeramus ibi iuris Germanici praecepta, vbi, maribus familiae alicuius exſtinctis, ſolae feminae ſuperſunt. Etiamſi enim ſingula horum praeceptorum capita in ſola feminarum ſucceſſione non quadrent, tamen, ſi vel vnicum ſeruari poteſt, mera Germanorum iura ſequi nos oportet, ſaltim quod ad bona auita attinet (§. 4.). Quamobrem praeter vnicam marium praerogatiuam remanent hic omnes, quas ſupra expoſuimus, regulae ſucceſſionis Germanicae.

retinentur tamen reliqua iuris Germanici principia,

§. XXI.

Etſi itaque feminis ſucceſſio in bona auita, deficientibus maſculis, ſit patefacta; etiam illae tamen eodem iure inter ſe inuicem vtuntur, quo antea inter ſe vtebantur maſculi. Hinc pariter non vltimo cuique defuncto, ſed primo adquirenti ex pacto et prouidentia maiorum ſuccedunt (§. 8.), nec vlla, quae praedia auita poſſidet, haec alienandi ius habet (§. 6.).

vt ſuccedatur primo adquirenti, et ne alienentur bona.

Digitized by Google

§. XXII.

Feminis omnibus ius ſuccedendi aperitur, at non omnes tamen ſimul ſuccedunt,

Quamprimum igitur deficiunt omnes a primo adquirente progeniti mares, ſtatim omnibus eius familiae feminis eſt ius adſpirandi ad bona auita (§. 18.), quod a ſolo primo adquirente immediate in eas promanat (§. 21.). Neque tamen omnes eius familiae ſuperſtites feminae ſimul et vna naſciſcuntur bonorum auitorum poſſeſſionem, contrarium enim id foret euitandae diuiſionis regulae (§. 6.); ſed ordine quodam ſucceſſionis altera alteram ſequitur.

§. XXIII.

ſed ordine ſuccedendi vel lineali vel graduali.

Ordo iſte ſucceſſionis duplex potiſſimum notus eſt Germanis, vel *linealis*, vel *gradualis*. Illa eſt, vbi is, qui linea proximus eſt, ſuccedit; haec, quando is, qui vltimo defuncto proxime cognatus eſt, alios omnes excludit. In lineali igitur ſucceſſione omnes ex linea primogenita oriundi primogeniti praeferuntur poſtgenitis eorumque lineis, et ſucceſſio ab altera ad alteram lineam deuoluitur; contra vbi ſecundum gradus ſucceditur, perinde eſt, vtrum aliquis ex primogenita, an ex poſtgenita linea oriatur, modo proximus gradu ſit; et facile adeo contingere poteſt, vt poſtgenitae lineae propior cognatus excludat primogenitae remotiorem.

§. XXIV.

Digitized by Google

§. XXIV.

Quoniam in lineali ſucceſſione praeferuntur primogeniti eorumque poſteri omnibus poſtgenitis horumque progeniei; ſucceſſio illa locum alias habere non poteſt, niſi ſimul ius primogeniturae vigeat, quippe cuius natura in eo conſiſtit, vt tantum lineae primogenitae hereditatem auitam, omniaque, quae alias vniuerſae familiae forent, iura tribuat. Hinc vbicumque ius primogeniturae valet, ibi obſeruandus ordo ſucceſſionis linealis; Vbi vero ius primogeniturae haud introductum, ibi ſecundum gradus propinquitatem ſucceditur. Quum enim ius primogeniturae non obtineat, niſi expreſſe introductum ſit, eo deficiente ſeruanda regula ſuccedendi ordinaria, quae eſt haec, vt propior excludat remotiorem. Linealis ſucceſſio locum habet, vbi eſt ius primogeniturae;

§. XXV.

Quemadmodum autem ius primogeniturae etiam admiſſa feminarum ſucceſſione retineri poteſt (§. 20. 21.), ita nihil certius, quam quod ſucceſſio linealis in ſtirpe feminea quoque ſeruanda ſit, quando ius primogeniturae ibi viget. id quod etiam in ſucceſſione feminea obtinere poteſt.

I. Multa ergo hic dicenda eſſent ſpecialia de ſucceſſione feminarum ſecundum ius primogeniturae. Sed hoc ſucceſſionis femineae caput late De ſucceſſione feminarum li-

Digitized by Google

nealiiam alii egerunt.

iam occupatum eſt a perilluſtri L. B. DE CRAMER in diſſ. *de vero ordine ſuccedendi feminarum ſecundum ius primogeniturae.* Et idem hoc argumentum ſumma eruditione pertractatum in ſcripto illuſtri, cui nomen: *Wohlgegründete Gegen-Deduction von der wahren Beſchaffenheit des Hanauiſchen Primogenitur-Rechts, und darauf mit fundirten Heſſen-Caſſeliſchen Erbfolge in der Grafſchaft Hanau-Müntzenberg*, cet. quod repetitur in ACTORVM HANOVIENSIVM parte III.

Vnde hic agetur de ſucceſſione feminarum nobilium ordinaria.

II. Nos igitur, quos acta agere, et, quae de ſucceſſione feminarum lineali iam tradita ſunt, exſcribere non iuuat, relinquimus hic ſucceſſionem illam linealem, et in alterum potius ſucceſſionis feminarum nobilium genus, quod ordinarium eſt, nec introducto iure primogeniturae locum habet, inquirere ſtudebimus, et primo quidem, quid generatim, ſi nulla adſit peculiaris lex familiae, ex analogia iuris Germanici ſtatuendum ſit, dein, quid talibus familiae legibus mutari ſoleat, breuiſſimis trademus.

§. XXVI.

Succeſſio ordinaria fit ſecundum gradus;

Iterum, vbi de ſucceſſione ordinaria agitur, qua is, qui proxime cognatus eſt, ceteris praefertur, ordo iſte cognationis in ſtirpe feminea eodem modo obſeruari debet, vti ſuccedunt ſibi inuicem maſculi (§. 21.). Sicuti itaque maſculi, deficiente iure primogeniturae, eo ordine ſibi in bona


bona auita ſuccedunt, vt a patre bona illa ad filium omnesque eius poſteros, atque his demum omnibus exſtinctis, ad proximum vltimi defuncti poſſeſſoris agnatum, iterumque huius poſteros transmittantur; ita eadem de ſucceſſione feminarum ſtatuenda ſunt. Quocirca, quod ad ſucceſſionem feminarum ordinariam attinet, generalis locum habet haec regula: EXSTINCTIS OMNIBVS MARIBVS, ET DEFICIENTE IVRE PRIMOGENITVRAE IN BONA AVITA PRIMVM ILLA SVCCEDIT FEMINA, QVAE VLTIMO DEFVNCTO POSSESSORI PROXIME FVIT COGNATA; DEIN SVO QVIQVE ORDINE SEQVVNTVR OMNES HVIVS FEMINAE POSTERI; PORRO OMNIBVS ILLIS EXSTINCTIS ITERVM VLTIMAE DEFVNCTAE PROXIME COGNATA, ET OMNES EX HAC FEMINA ORIVNDI; ITERVMQVE HIS DEFICIENTIBVS EODEM ORDINE PERPETVO CONTINVATVR SVCCESSIO, DVM DVRAT FAMILIA. *de qua traditur regula generalis.*

I. Obiici quidem poſſet, in bonis auitis non vltimo poſſeſſori, ſed primo adquirenti tantum ſuccedi; hinc non eam feminam, quae vltimo defuncto, ſed quae primo adquirenti proxime cognata eſt, in ſucceſſione praeferendam eſſe. Verum perquam probe hic notandum eſt, aliud eſſe ius, aliud eſſe ordinem ſuccedendi. Si de iure ſuccedendi agitur, hoc immediate a ſolo primo adquirente proficiſcitur; Sin de ordine ſucceſſionis, *Dubium, quod primo adquirenti proxima ſuccedat, remouetur,*

nis, omnino vltimi poſſeſſoris ratio habenda: Nam licet ius per pactum et prouidentiam maiorum generatim omnibus poſteris adquiſitum ſit, ipſa tamen poſſeſſio bonorum ordine quodam ab altero in alterum deuoluitur.

eiusque contrarium demonſtratur.

II. Immo, niſi hunc ſuccedendi ordinem admittere velis, maxime incommodum foret, bona ſaepiſſime ab altera linea ad alteram transferri, id quod conſeruationi familiae haud profecto conueniens eſt. Fingamus enim familiae alicuius genealogiam hunc in modum conſtitutam:



Fingamus porro bona primi adquirentis ad *ſecundum*, *quartum*, *ſeptimum* deuoluta fuiſſe, ſeptimo improle mortuo bona auita transeunt ad alius lineae proxime agnatum eiusque poſteros,

ſcili-

ſcilicet praemortuo iam *tertio* ad *ſextum* prius, dein ad *octauum*. *Octauus* vnicam tantum filiam progenuit. Maribus igitur omnibus exſtinctis ſuccedunt feminae. Enimuero quia duae in hac familia ſuperſtites ſunt feminae, nempe *primi* proneptis *decima* et abneptis *nona*; quaenam prius ſuccedat, quaeritur. Quodſi praeferenda eſſet ea, quae primo adquirenti proxime cognata eſt, indubio ſuccederet *decima*. Fac ſuccedere porro *vndecimam*, ſed mox mori hanc, et viuere adhuc *nonam*; Tunc haec tamquam abneptis *primi* adquirentis excludere deberet *vndecimae* filiam *duodecimam*, quia atneptis haec eſt primi adquirentis. Eoque modo numquam fere in eadem linea remanerent bona auita, ſed ab altera ad alteram ſemper transſilire deberent, ſummo familiae detrimento, quod repugnat iuri Germanico (§. 4).

§. XXVII.

Speciliores ſucceſſionis femineae regulae.

Hac generali ſucceſſionis femineae regula fundamenti inſtar rite ſtabilita, plurimae inde fluunt ſpecialiores eiusdem ſucceſſionis normae, quas ſigillatim iam exponamus, neceſſe eſt.

Regula I: Proxima excludit remotiores.

Sit igitur talis regula ſpecialis *I.*):

Si, exſtincta ſtirpe maſculina, feminis ius ſuccedendi in bona auita aperitur, id quod vocant *den ledigen Anfall*; tunc, ſi ius primogeniturae non eſt introductum, ea femina, quae proximo gradu cognata

eſt

eſt vltimo defuncto, excludit ceteras eius familiae feminas.

§. XXVIII.

Regula II. Aperta feminae ſucceſſione, omnes eius poſteri habent ius quaeſitum;

II.) Simulac feminae alicui, tamquam proximae, ſucceſſio in bona prae ceteris ſemel obuenit; ſtatim non haec tantum femina, ſed omnes huius feminae poſteri nanciſcuntur ius quaeſitum, ſuo ordine ad bona auita adſpirandi (§. 22.), et excludendi omnes ceteros remotiores eius familiae cognatos (§. 26. 27.), quod ius immediate a ſolo primo adquirente ex pacto et prouidentia maiorum deriuandum eſt (§. 21.).

§. XXVIIII.

III.) Ideo excludunt ceteras lineas.

Hinc *III.*) quamdiu exſtant poſteri eius feminae, quae, dum exſtinguebatur ſtirps maſcula (*zur Zeit des ledigen Anfalls*), proxima erat, tamdiu ceteri eiusdem familiae, ſed alterius lineae cognati ad bona auita adſpirare non poſſunt.

§. XXX.

IIII.) Exſtinctae ſtirpi femineae ſuccedi-tur, vti olim maſculae.

Dein *IIII.*) deficientibus iterum omnibus eius feminae poſteris, aperitur ius ſuccedendi alteri eiusdem familiae, et ei quidem, cuius caput ſuperſtes proximo gradu cognatum eſt vltimo prioris lineae defuncto (§. 23.), et generatim tunc eo-

dem

dem iure ſucceditur in locum femininae lineae exſtinctae, quo prima linea feminina ſucceſſit vltimae ſtirpi maſculae (§. 27. ſq.).

§. XXXI.

Quumque praeterea in ſucceſſione feminarum obſeruentur quoque principia illa generalia, quae ſupra de conſeruatione familiarum tradidimus (§. 4. 20.), in quibus primo loco bonorum alienatio prohibetur (§. 6. 21.); ſequitur *V.*), vt nec femina, quae prima, poſt fata marium, nanciſcitur bona auita, nec eius poſteri haec bona alienare poſſint. V.) Prohibita alienatio.

§. XXXII.

Potius *VI.*) omnino curandum eſt, quantum fieri poteſt, vt ne diuidantur poſſeſſiones auitae; vnde haud parum proficit in bonis auitis, etiam inter feminas earumque poſteros introducere ius primogeniturae, aut vetare diuiſiones (§. 6. 20.). VI.) Euitandae diuiſiones;

§. XXXIII.

Nihil ideo deficit hic ex vniuerſis ſucceſſionis Germanicae principiis, praeter ſolum maſculorum fauorem (§. 7. 19.). Adeo autem hic marium fauor, exſtincta ſemel ſtirpe maſcula, corruit, vt dein plane eius ratio amplius nulla habeatur. Quapro- VII.) Deficit fauor ſexus maſculini;

propter *VII.*) quando ſemel, deficiente ſtirpe maſcula, feminis aperitur ſucceſſio, ratione eorum, qui a femina oriundi ſunt, nihil magis diſcriminis ſupereſt, vtrum hi ipſi ſint maſculi, an ſequioris ſexus?

licet mares militiae ſolum apti,

I. Obiicis fortaſſe, ſemper praeferendos eſſe maſculos, licet ex femina progenitos, quod militiae tamen magis apti eſſent (§. 4. 7.). Sed ſcias, velim, quod non militiae ſolum fauor, ſed etiam finis propagandi familiae nominis ac ſplendoris pepererit marium praerogatiuam. Enimuero maſculi patris, non matris, nec auiae, nec alterius feminae, a qua oriuntur, nomen familiaeque ſplendorem propagant. Potius quum feminae, dum nubunt, e familia exeant, ſtatim ac ſucceſſio in bona auita ad illas defertur, priſca haec familia per eas amplius non conſeruatur; hinc ceſſante prima huius rei cauſſa, quam primum feminae ſuccedunt (§. 4. 7.), ceſſat quoque res ipſa, marium nempe praerogatiua.

et licet alias Germani maſculos praeferant.

II. Verum, pergis, etiamſi antiqua familia non amplius conſeruetur per eos, qui a femina progeniti ſunt, tamen magis conſentire iuri Germanico, vt, ſi femina eiusque poſteri ad bona auita adſpirant, mares feminae poſteri ſexui ſequiori praeferantur, et vt hoc modo ſaltem noua iſta familia conſeruetur, quam vt promiſcue contra Germanorum mores tunc ſuccedant vtriusque ſexus poſteri. At iterum iterumque reſpondeo,

defi-

ficere hic finem iuris Germanici, vbi familia *antiqua* conſeruari magis nequit. Talem enim familiam conſeruari iubet ius Germanicum, quae a primo adquirente deſcendit, eius nomine et inſignibus gentilitiis praedita (§. 5.), quae omnia exſtinguuntur exſtincta primi adquirentis ſtirpe maſculina.

III. Quapropter certiſſimum, quod, ſi feminae earumque poſteri ſemel bona auita adquiſiuerunt, in ſtirpe feminea nullum amplius ſexuum diſcrimen habeatur; neque ideo mas remotior excludat feminam propiorem. Vnde mas remotior non excludit feminam propiorem.

§. XXXIIII.

Denique quia omnes poſteri eius feminae, quae prima tamquam proxima poſt marium fata poſſeſſiones auitas adquirit (§. 27.); ius quaeſitum habent, ſuo pariter ordine ad bona maiorum adſpirandi (§. 28.), omnesque alios excludendi (§. 29.), praetereaque bona iſta alienari non poſſunt (§. 31.); ſua ſponte ex omnibus hisce ſequitur *VIII.*): vt, ſi qua femina, cui ius ſuccedendi in bona auita apertum, ius illud negligit, nec poſſeſſionem bonorum illorum reuera adipiſcitur, tamen poſteri huius feminae ſuo ordine ius ſuum vindicare, et ad bona auita adſpirare, aliosque omnes, qui indulgente matre alioue adſcendente bona contra ordinem VIII.) Poſteri neglecta a maioribus bona vindicare poſſunt.

nem ſucceſſionis aut iuſto prius poſſident, bonis iſtis iure expellere queant.

Quod, contrarium iuri Romano, Germanico tamen conuenire demonſtratur.

* Quanto magis haec omnia repugnant iuri Romano, quod quemcumque ſuo iure ſe abdicare haud vetat, neque vlli hereditatem auitam a maioribus ſuis neglectam reuocare permittit, tanto ſane conuenientius id, quod diximus, eſt veris iuris Germanici principiis. Secundum haec enim a ſolo primo adquirente omne ius ſuccedendi deriuant poſteri (§. 8.); neque proinde quidquam nocet poſteris, qui a filia, aut nepte, aut proneptе aliaue a primo adquirente oriunda femina genus ſuum ducunt, ſi filia iſta, neptis, proneptis aliaue, quae proauia, auia, materue intuitu poſterorum illorum eſt, ſucceſſionem, quae iure et iuſto ordine ſibi patefacta fuerat, neglexit. Nam ſimulac ius illud ſuccedendi apertum, hoc etiam in poſteros eius feminae tranſit, adeo, vt huius negligentia minime illis noceat. En verum omnium regularum fontem, ſecundum quas controuerſiae, quae de ſucceſſione femineae ſtirpis et de renunciatione feminarum, exſtincta iam ſtirpe maſculina facta, oriuntur, neceſſario, niſi patriis rebus aliena immiſcere velis (§. 3.), decidendae ſunt!

CAP.

Digitized by Google

Cap. IIII.

SPECIATIM DE IVRE FEMINARVM ADSPIRANDI AD FIDEICOMMISSA FAMILIAE AGIT, VBI ADSVNT SINGVLARES FAMILIAE LEGES.

§. XXXV.

Hactenus generalia ſolum Germanici iuris principia atque vniuerſa maiorum noſtrorum inſtituta ſequuti, nondum ſolliciti fuimus de eo, quod ſingulis quibusque familiis priuatis legibus praeſcriptum eſt. Enimuero vti numquam recte intelligi poſſunt huius generis iura, niſi prius vniuerſa iuris patrii elementa recte exponantur, hisque deinde ceu regulae ſubiiciantur priuata familiae cuiusque ſtatuta, quae ſaepe generalibus inde eliciendis propoſitionibus longe fructuoſiſſimis occaſionem praebent; ita haud perperam nos procedere arbitramur, ſi, ſtabilito prius generali ſucceſſionis femineae iure, iam inquiramus, quid ſpecialibus familiarum legibus aliquando mutari, addiue ſoleat? Ordo agendi de legibus familiarum ſpecialibus;

§. XXXVI.

Siue autem hae familiae leges, quae ſemper normam diiudicandarum particularium familiae controuerſiarum continent, in teſtamentis, ſiue in pactis, ſiue in ſtatutis de quibus traduntur regulae generales,

tis familiae cuiusdam conſiſtant, de omnibus generatim primo loco obſeruanda ſunt praecepta haec: *I.*) VBI FAMILIAE LEGES NIL SINGVLARE STATVVNT, IBI SEQVI DEBEMVS VNIVERSA IVRIS GERMANICI PRINCIPIA. *II.*) VBI CONTRA SINGVLARE ALIQVID LEGIBVS FAMILIAE STATVTVM, IBI SECVNDVM HAS IVDICANDVM EST. *III.*) SI PLVRIMAE FAMILIAE LEGES IN RE QVADAM CONVENIVNT, POTEST INDE ANALOGIA QVAEDAM IVRIS GERMANICI DERIVARI.

§. XXXVII.

Vbi familiae leges ſunt, ibi alia rerum nomina.

Prima, quae ex legibus familiae oritur, mutatio haec occurrit, vt bona, quae auita hactenus dicta, ſiue *Stammgüter*, iam fideicommiſſa familiae nominentur. Etenim recepto iure Romano quum ſuis viribus conſiſtere non poſſe putarent patria inſtituta, praediorumque auitorum iura; haec teſtamentis pactisue firmabant, vt bona illa non qua auita, ſed qua fideicommiſſa ſubeſſent ordini ſuccedendi Germanico, non propter mores quidem patrios, ſed ob teſtamentum inſtar legis praeſcriptum (§. 14.).

§. XXXVIII.

Bona auita fidei-

Quare ſimulac de familiae legibus, non de ſolis moribus magis loquimur, nunc,

nunc, vbi bona auita vocauimus ſupra, fideicommiſſa, vocem Romanam, nominare nos oportebit. Pariter quem primum adquirentem hactenus adpellauimus (§. 18.), eum iam *fideicommittentis*, aut *teſtatoris* nomine nuncupabimus, illum nimirum, qui primus in bonis ſuis, quae poſteris relinquit, ad conſeruationem familiae iuris Germanici principia obſeruanda eſſe ſtatuit (§. 14.).

commiſſa; primus adquirens fideicommittens vocatur.

§. XXXIX.

Ceterum, quod ad rem ipſam attinet, primum idque maximi momenti, quod legibus familiae ſtatui poteſt, quodque prorſus ordinem ſuccedendi immutat, eſt ius primogeniturae (§. 23. ſeq.). Quod tamen quum in illuſtribus magis, quam nobilibus familiis, praeſertim quod ad feminarum ſucceſſionem attinet, introduci ſoleat; iam ſupra ea de re ad alia virorum illuſtrium ſcripta nos prouocare meminimus (§. 25. I.); contenti firmare hic regulam, quod, ſi ius primogeniturae in ſucceſſione feminarum expreſſa lege familiae non eſt introductum, obſeruandus ſit ordo ſucceſſionis ordinarius (§. 36. *II.*), is ſcilicet, quo propior gradu remotiorem excludit (§. 24.).

Legibus familiae introduci poteſt ius primogeniturae.

§. XL.

Alias valent omnes regulae de ſucceſſione feminarum ordinaria traditae;

Quandoquidem autem ea eſt fideicommiſſorum familiae natura, vt iuris Germanici principia omnino obſeruentur (§. 14.); fieri ſane non poteſt, quin in re principali, quod ſcilicet ad ordinarium iuris patrii ſuccedendi modum atque ordinem attinet, omnia integra et inuiolata maneant. Hinc valent etiam hic cuncta, quae in ſuperioribus (§. 26. ſeq.) tradidimus, praecepta de ſucceſſione feminarum Germanica. Et quidquid peculiare legibus familiae ſtatuitur, regulas iſtas raro turbat, ſed alia quaedam, quae accidentalia vocant, definire ſolet.

§. XLI.

et idem quoque finis conſeruandae familiae;

Finis igitur in talibus familiae legibus, in quibus fideicommiſſum inſtituitur, teſtamentis praeſertim, idem manet, quem ſupra tradidimus, conſeruatio nimirum familiae (§. 4.), euitanda alienatio ac diuiſio (§. 6.), et fauor ſtirpis maſculinae (§. 7.), qua tamen exſtincta nihilominus porro diuiſione et alienatione bonorum prohiberi poſſunt etiam feminae (§. 19.).

qui in plerisque legibus familiae

I. Si vel omnia, quibus continentur fideicommiſſa familiae, euolueris teſtamenta, tantum non vbique reperies praefationem quamdam, qua cauſſae

Digitized by Google

cauſſae illae fideicommiſſi fuſius exponuntur. Satis verboſe ea de re perorauit praeclarae quondam familiae nobilis CASPARVS LERCH DE DÜRMSTEIN in teſtamento ſuo, quo fideicommiſſum familiae anno 1645. inſtituit. Quod quum ob ſingulares eius proprietates perilluſtris GE. MELCH. DE LVDOLF in *faſciculo II. documentorum notabilium*, quem addidit parti III. *obſeruationum forenſium*, pag. 203. ſq. publici iuris fecerit, egregium nobis erit exemplum, quod ad illuſtranda fere omnia de fideicommiſſis familiae dicenda eo lubentius adhibebimus, quo magis ex certa quadam controuerſia, quae inter generoſiſſimos teſtatoris huius poſteros femineae ſtirpis de fideicommiſſo hoc adhuc agitatur in auguſtiſſimo camerae Wetzlarienſis tribunali, nota nobis ſunt quae poſtea occaſione fideicommiſſi iſtius Lerchiani conſecuta ſunt, notatu ſane digniſſima. fuſius exponitur;

II. Perſpicue quoque finem iſtum deſcripſit Haſſiae quondam pincerna hereditarius, GEORGIVS RVDOLPHVS SCHENCK DE SCHWEINSBERG in teſtamento d. 7. Nou. 1701. condito, vbi inter alia §. 5. ſe expertum eſſe, teſtatur: *daß durch die viele Theilungen derer Güter und daraus vielmahls entſtandenen groſſen Streitigkeit, und Widerwillen der Kinder, ſie mit einander, indem ſie ſich ihrem Stand nach nicht ausbringen können, oder der Theilung wegen in Streit verfallen, ſämtlich verarmet, und wo nicht gar das gantze Vermögen und Erbſchaften mit der Zeit* quod illuſtratur exemplo.

conſumiret, doch wenigſtens ein mercklicher vermindert und geſchwächet worden.

Finis praeſcriptus ceteris praeferendus.

III. Quodſi autem certus quidam finis ſingularis teſtamento praeſcriptus eſt, is ante omnia ſtricte obſeruandus (§. 36. *II.*). E. g. prohibitis diuiſionibus euitandum omne id, quod huic fini contrarium quodammodo videri poſſet. Ceteroqui reſpiciendi fines moribus Germanorum vniverſis conuenientes (§. 4. ſq. §. 36. *I.*).

§. XLII.

Ceterum varia mutari addiue ſolent in legibus familiae;

Ipſe ſuccedendi ordo, quem praeſcripſimus (§. 26.), haud facile mutatur legibus familiae (§. 40.). Potius firmatur in plerisque, *daß nach Erlöſchung des Mannsſtamms des letzten Erbtochter, und in deren Ermangelung jedesmahl des letzten nächſte Verwandte ſuccedire.* Vide teſtamentum Lerchianum l. d. p. 220. ſeq. At de aliis vero rebus, modo ſuccedendi, qualitate perſonarum, conditionibus implendis cet. innumera praeſcribi poſſunt et ſolent in eiusmodi familiae legibus, quae omnia enumerare et difficillimum et fruſtraneum foret, pauca tamen enucleare haud nullius erit operae pretium.

§. XLIII.

e. g. ne bona nimis diuidantur;

Quum ſecundum regulam, quod propior excludat remotiorem (§. 24.), plures eodem

Digitized by Google

eodem gradu cognati concurrentes ſimul ad hereditatem admittantur, adeoque facile contingat, vt bona nimis diuidi debeant, varios excogitatos reperi modos, quibus euitetur haec diuiſio. Sic, ne vmquam magis quam in duas partes diuidantur bona, neque vmquam plus quam duae perſonae, proxime cognatae, eaeque bonorum virorum arbitrio eligendae, ſimul adſpirent ad hereditatem ſuam, in perpetuum ſanxit CASPARVS LERCH DE DÜRMSTEIN *in Ludolf. obſeru.* part. III. pag. 221. ſeq.

§. XLIV.

Praeterea quum alienare non liceat haec bona auita (§. 6. 31.), ſed omnibus agnatis ſit ius quaeſitum, quod a primo adquirente ſiue fideicommittente (§. 38.) proficiſcitur (§. 21.); haud imprudenter iniungitur iis, qui poſſeſſionem fideicommiſſi adquirunt, cautio agnatis praeſtanda, vt bona integra maneant, quod itidem illuſtrari poteſt teſtamento Lerchiano l. d.

Vt ſatisdetur agnatis;

§. XLV.

Immo quia praecipuum illud conſeruationis familiarum nobilium caput eſt, vt nobilitatis auitae ſplendor, maiorum et inſignium gentilitiorum numerus incolumis ſer-

Vt probetur nobilitas proauita.

Digitized by Google

ſeruetur; neque illa ſanctio miranda eſt, qua, neminem ad fideicommiſſum adſpirare poſſe, ſtatuitur, niſi maiorum ſuorum nobilitatem proauitam inſigniaque gentilitia rite probare queat. Quae ſanctio iterum continetur teſtamento Lerchiano; compara viri illuſtris, patroni et praeceptoris numquam non colendi, Ioannis Georgii Estoris diſſ. *de ratione vſitata et explorata in demonſtrando nobilitatem proauitam inſigniaque gentilitia*, cap. II. §.18. p. 20.

§. XLVI.

Diſcrimen inter fideicommittentem ac primum adquirentem oſtenditur.

Ceterum obſeruandum, poſſe diuerſo reſpectu bona auita, et ſimul fideicommiſſa familiae eſſe. Quodſi enim fideicommittens bona a maioribus ſibi tradita, addito expreſſo fideicommiſſo, iterum in poſteros ſuos transmittit, bona, quae iam antea auita fuerant, fiunt fideicommiſſa familiae. Et tunc diuerſae perſonae ſunt primus adquirens et fideicommittens. Omnes ab illo genus ſuum ducentes ex pacto et prouidentia maiorum; omnes ab hoc oriundi ex fideicommiſſo ſuccedunt. Quia tamen bona in vnam quamdam lineam ſemel deuoluta in eadem remanent; quamdiu exſiſtit ſtirps fideicommittentis, tamdiu ad bona auita non poſſunt adſpirare vlteriores eius familiae agnati, qui non a fidei-

deicommittente, ſed a primo demum adquirente oriundi ſunt. Ea vero inter vtrosque intercedit differentia, vt illi, qui a fideicommittente deſcendunt, cunctis fideicommiſſi praeceptis et conditionibus ſatisfacere debeant; hi, a primo adquirente oriundi, iis non adſtringantur. Manifeſtum contra eſt, vnum eumdemque eſſe primum adquirentem et fideicommittentem, ſin de iis bonis, quae quis ipſe adquiſiuit, teſtamentum atque fideicommiſſum conditum eſt.

CAP. V.

DE RENVNCIATIONIBVS FEMINARVM NOBILIVM, QVAE FIVNT, EXSTINCTA IAM STIRPE MASCVLINA, VVLGO NACH DEM LEDIGEN ANFALL.

§. XLVII.

Singularem omnino indolem eorum pactorum, quibus filiae, dum maſculi adſunt, renunciant bonis auitis, ſupra quantum ſatis tradidimus (§. 15. ſeq.). Promiſimus ſimul pertractare etiam illud renunciationum genus, quae maribus iam de-

Poſtremo agitur de renunciationibus feminarum ex-

ſtincta ſtirpe maſcula factis.

deficientibus fiunt (§. 2.). Cuius rei memores ante omnia nunc monemus, nos ea hic intelligere *pacta feminarum*, vti aiunt, *renunciatiua*, quibus feminae, exſtincta iam ſtirpe maſculina, iuri ſuccedendi in bona auita, quod reuera iam apertum illis fuit, *renunciant*, i. e. declarant, ſe ſuo iure, quod habent, vti nolle.

Quae proprie renunciationes dicuntur,

* Hinc adparet, proprio ſenſu hic intelligi renunciationis vocem, quam ſupra improprie a ICtis adhibitam eſſe docuimus (§. 15. ſeq.). Ibi enim male feminae renunciare dicuntur iuri, quod reuera non habent, quo igitur nec vti poſſunt; Hic contra ius verum habent; ideoque vere etiam illi renunciare queunt.

§. XLVIII.

eademque iura habent, ac ſi inter mares factae eſſent.

Fiunt autem hae renunciationes *exſtincta iam ſtirpe maſculina*. Vnde quum deficientibus maſculis feminae eius familiae eodem iure inter ſe inuicem vtantur, quo antea inter ſe vtebantur maſculi (§. 21.), euidens eſt: RENVNCIATIONES FEMINARVM, QVAE FIVNT EXSTINCTA STIRPE MASCVLINA, EADEM IVRA HABERE, QVAE ANTEA SVPERSTITIBVS ADHVC MARIBVS HABEBANT MASCVLORVM RENVNCIATIONES.

§. XLIX.

§. XLIX.

Similiter quod, deficientibus omnibus familiae maribus, cunctis eiusdem familiae feminis earumque poſteris aperitur ſucceſſio (§. 18. 22.) et ius quaeſitum ſuo ordine ad bona auita adſpirandi (§. 28.), idcirco in hisce renunciationibus non de iure futuro, ſed de iure reuera iam quaeſito agitur. Quumque deficiat, exſtincta ſtirpe maſculina, marium fauor (§. 33.), ſequitur, vt in hoc renunciationum genere femina renuncians ſe ſuo iure quaeſito, non in fauorem ſtirpis maſculinae, nec ſub conditione, ſed pure et in perpetuum abdicet.

Proinde non fiunt in fauorem maſculorum.

§. L.

Non igitur hic ea eſt renunciationum vis et poteſtas; vt maſculis ſolis conſeruetur ſucceſſio, et vt iis exſtinctis olim aliquando ſpes recuperandi bona auita ſuperſit, ſed pure nulla adiecta conditione, ſe ſuo iure vti nolle, conteſtatur femina. Quapropter femina, quae vltimo defuncto proxime cognata eſt, renuncians, non iure tantum quaeſito, ſed ſucceſſione reuera ſibi delata ſe abdicat, nec ideo amplius adeſſe fingitur, ſed ab ea potius ad aliam proxime cognatam transit ſucceſſio, ſecundum ordinem (§. 26.) praeſcriptum.

ſed veram alienationem continent.

Enimuero ſiquidem is, qui id, quod ſuum eſt, in alterum transfert, illud *alienare* dicitur, manifeſto liquet, feminam, quae exſtincta ſtirpe maſcula renunciat, alienare ius ſuum ſuccedendi, et, quae vltimo mari defuncto proxime cognata renunciat, alienare ipſa bona, quod ad ſuam perſonam attinet.

quocumque demum nomine nuncupentur.

° Iterum perinde eſt, ſiue haec alienatio fiat nomine renunciationis, pacti aliusue cuiuscumque negotii, modo id reipſa fiat, vt ea femina, quae ius ſuccedendi habet, alterius cuiuscumque emolumento cedat ſucceſſionem ſuam. Quare renunciationis vox hic eo ſenſu intelligenda, vt quaslibet alienationum ſpecies comprehendat.

§. LI.

Suo iuri quilibet renunciare,

Quemadmodum autem is, qui iure ſuo tantum vtitur aut non vtitur, nemini facit iniuriam, ita quemlibet, qui liberam res ſuas adminiſtrandi facultatem habet, ſuo iuri legitimo modo valide renunciare poſſe, nemo dubitabit. Poterit igitur femina, quae ipſa ſuis rebus ſupereſſe neque ob aetatem, neque ob aliam cauſſam prohibetur, omnino ſuo iuri, quod ea, dum viuit, tamquam proxime cognata, in bona auita exſtinctis maribus habet, iuſte renunciare, eum in finem, vt femina haec renuncians, dum viuit, bona iſta non adquirat, ſed alter quicumque ea bona poſſideat.

hinc et femina ſuam ſucceſſionem alienare,

§. LII.

Digitized by Google

§. LII.

Quumque pacta legitimo modo confecta perpetuo obſeruari debeant, nec proinde, ſecundum vulgarem ICtorum ſermonem, ad renunciata vmquam detur regreſſus; ideo extra omnem controuerſiam eſt, feminam talem, quae ſemel ſucceſſioni ſuae valide renunciauit, bona illa alienata numquam repetere poſſe; hinc quemcumque horum bonorum poſſeſſorem contra feminam renunciantem tutiſſimum ſemper eſſe exceptione pacti iuſti, renunciationis, transactionis, et quae ſunt reliqua.

et numquam ea, quae alienauit, ipſa repetere poteſt.

§. LIII.

Verum quanto quidem certius eſt, quod quilibet ſuo iuri renunciare, et alienata hoc modo numquam reuocare queat (§. 51. 52.), tanto quoque contra ea indubitatius eſt, neminem iuri alterius cuiuscumque renunciare poſſe, eumque, cuius iura alter alienare voluit, haec ſalua tamen retinere, hinc bona ſua iniuſte ab aliis alienata a quocumque poſſeſſore repetendi ius perpetuum habere.

At alterius iuri nemo poteſt renunciare, ſed bona ab altero alienata ſemper recte repetuntur.

§. LIV.

Siquidem igitur, admiſſa feminarum ſucceſſione, non ea tantum femina, quae proxime cognata primum ſuccedendi ius habet, ſed omnes eius feminae poſteri ſtatim

Hinc nec feminae poſterorum iuri

recte renunciant; tim ius quaeſitum adquirunt ad bona auita adſpirandi (§. 28.); clare liquet, feminam talem ſuo quidem ipſius iuri, at non poſterorum ſuorum iuri iam antea quaeſito renunciare, ſed potius poſteros hoſce bona auita, quibus femina genitrix renunciauit, a quocumque reuocare poſſe (§. 53.).

sed hi bona alienata repetunt

§. LV.

tum ab extraneis,

Neque quidquam hic intereſt, vtrum eiusdem familiae cognatus longinquior, an alterius gentis, vti aiunt, extraneus quidam bona, quibus renunciatum eſt, poſſideat? Ab extraneo quidem tanto maiori iure vindicantur bona auita, quod alienari ea extra familiam plane non licet, ſed familiam conſeruari curandum eſt (§. 4. 6.). Verum tamen etiam eiusdem familiae cognatos longinquiores excludendi ius quaeſitum eſt iis, qui a femina primum ſuccedente oriundi ſunt (§. 28. 29.); Hinc etiam ab alterius lineae cognatis, qui per renunciationem proxime cognatae feminae bona poſſident, bona haec a maioribus ſuis neglecta reuocare poſſunt poſteri eorum, qui renunciarunt olim (§. 34.).

tum ab alterius lineae cognatis.

Renunciatio enim maiorum poſteris

I. Optimo igitur iure adſeuerari hoc poteſt; quod in fideicommiſſis familiae maiorum renunciatio poſteris non noceat. Defenderunt quoque idem hoc iam maximi nominis viri, quorum quidem

dem adpellatione vti pagellas hasce generatim amplificare, aut grandium nominum auctoritate nos ſolum tueri non iuuit, ſed ex ſuis quaeque principiis deriuare magis placuit, ita etiam hic ex tanta librorum mole vnicum rurſus nomino illuſtrem IVSTVM HENNINGIVM BOEHMERVM, qui in egregio illo *conſultationum et deciſionum iuris* opere plurimis reſponſis, ſigillatim tomo II. parte II. reſponſo 770. num. 20. ſeq reſp. 827. et ſequentibus, maxima, vti ſolet, eruditione pertractauit hocce argumentum.

non nocet in fideicommiſſis;

II. Quid quod probari poſſent ea, quae diximus, vel ſola hac ratione, quod bona auita alienare non licet (§. 21. 31.). Quum enim renunciatio contineat alienationem (§. 50.); dubium non erit, quin renunciatio iſta irrita ſit, quod ad poſterorum iura attinet, licet valida ſit, ſin ſolius perſonae renunciantis iura reſpicias (§. 51.). Quare nec repugnat: bona auita alienari non poſſe (§. 31.), ita ſcilicet, vt ius perpetuum in alium transferatur (§. 54.); et tamen ſuo ipſius iuri in fideicommiſſum aliquem renunciare poſſe (§. 51.). Etenim haec renunciatio ius perpetuum haud tribuit, ſed quicumque alii eius familiae, in quos ordo ſucceſſionis ipſo iure tranſit, bona alienata perpetuo reuocare poſſunt (§. 53.).

nec proprie alienationem perpetuam continet;

III. Alia quidem prorſus iuris Romani eſt ratio, ſecundum quod heres facta defuncti, vti aiunt, praeſtare debet. Verum haec Quiritium prae-

licet vel maxime repetens he-

res parentum ſit.

praecepta vel ideo dumtaxat hic deficiunt, quia generatim Germanico iure numquam vltimo defuncto, ſed primo adquirenti ſucceditur (§. 8.). Hinc niſi quis ipſe cum parentibus ſuis de alienando fideicommiſſo conſenſerit, ceteroqui nihil diſcriminis reuera intereſt, ſiue heres parentum ſit, ſiue vniuerſo heredis nomine iis non ſucceſſerit. Interea quum nimis tamen aliquando inhaereri ſoleat Romanorum ſubtilitatibus, etiam ibi, vbi exſulare eas plane oportebat (§. 3.), negari non poteſt, quin ſatius, ſaltem ſecurius ſit, ſi is, qui parentum aliorumue maiorum renunciationem impugnare cupit, eorum heres vniuerſalis haud factus eſt.

§. LVI.

Bona igitur auita recte reuocant poſteri eius feminae, quae primum ſuccedendi ius habuit, a quocumque poſſeſſore.

Ex omnibus hisce veris iuris Germanici principiis, quae de ſucceſſione feminarum, et de renunciatione earumdem tradidimus, vt, quam fructuoſa in decidendis nobilium aliorumque controuerſiis ea ſint, adpareat, vnicam poſtremo loco conficio propoſitionem hanc: Quod is, cuius mater, auia, aut proauia eo tempore, quo exſtinguebatur ſtirps maſcula, vltimo mari proxime cognata erat, ſed renunciabat eius ſucceſſioni in alterius longinquioris cognati emolumentum, ius perpetuum habeat, ab hoc longiquiore cognato eiusue poſteris reuocandi bona auita ſeu fideicommiſſa, quae ſibi ex voluntate primi

mi

Digitized by Google

mi adquirentis aut fideicommittentis ſtatim ab eo tempore, quo exſtincta erat ſtirps maſcula, deberi coeperunt.

Quod illuſtratur ſpecie quadam familiae Lerchianae.

* Poſſent haec vtique vlterius demonſtrari, et innumeris aliis ſpecialiſſimis, atque aeque fructuoſis huc pertinentibus regulis illuſtrari. At enimuero ingenue fateor, nimia tum temporis tum ſpatii anguſtia me cohiberi. Vnde pauciſſimis tantum coronidis loco addam illuſtrem quamdam ſpeciem generoſiſſimae illius familiae, quam iam ſupra honoris cauſſa nominaui, femineae ſcilicet Lerchianae ſtirpis, de qua iamiam ſub iudice lis eſt. Nimirum fideicommiſſum illud Lerchianum, quod anno 1657. inſtituerat CASPARVS LERCH DE DÜRMSTEIN (§. 41. l.), mortuo anno 1699. huius nepote, vltimo familiae Lerchianae maſculo, HVGONE EBERHARDO LERCH DE DÜRMSTEIN, aperiebatur, exſtincta ſtirpe maſcula, ſtirpi femineae (§. 18.). Et licet vltimus ille fideicommiſſi Lerchiani poſſeſſor maſculus teſtamentum condiderit, quo collegium ſocietatis Ieſu Vormatienſe heredem vniuerſum inſtituerat; impugnabatur tamen teſtamentum hoc, quo fideicommiſſum extra familiam iniuſte alienatum fuerat (§. 6.), ſummo iure a femineis ſuperſtitibus teſtatoris poſteris. Erant vero tum, quum exſtingueretur ſtirps maſcula, anno 1699. in ſtirpe feminea ſuperſtites ex filia teſtatoris, MARIA MAGDALENA DOROTHEA LERCH DE DÜRMSTEIN, quae nupſerat PHILIPPO FRIDERICO VON STVRMFEDER VON VND ZV OPPENWEILER, pronepos teſtatoris, MARSILIVS FRANCISCVS DE STVRMFEDER,

et

et neptis teſtatoris MARIA EVA DE STVRMFEDER, cui maritus erat CHRISTOPHORVS IOANNES DE FRIESENHAVSEN. Neptis haec vltimo poſſeſſori, HVGONI EBERHARDO ſcilicet, cognata erat gradu iuris ciuilis quarto; pronepos ille gradu quinto. Ergo ſucceſſionis ius indubio apertum ipſo iure erat illi feminae, quae exſtincta ſtirpe maſcula vltimo defuncto proxima erat, ſcilicet MARIAE EVAE DE FRIESENHAVSEN (§. 26.), omnibusque eius poſteris (§. 28.), adeo vt excluderet omnes ceteras eius familiae feminas (§. 27.), aut remotiores cognatos (§. 28.), qualis erat MARS. FRANC. DE STVRMFEDER. Nihilo minus hic vindicabat fideicommiſſum Lerchianum a Vormatienſi ſocietatis Ieſu collegio, et tranſigebat anno 1706. cum dicta MARIA EVA DE FRIESENH. huiusque filia, MARIA MAGD. DE KÖTSCHAV; quo pacto vtraque renunciabat ſuo in bona auita ſuccedendi iuri in emolumentum MARS. illius FRANC. DE STVRMF. Hic igitur adquirit poſſeſſionem fideicommiſſi, quam retinet mortuo patre hodienum FRANC. DE STVRMFEDER. Mortuis vero renunciantibus iſtis feminis iam prodit MARIAE MAGD. filius IO. AD. DE KÖTSCHAV, vindicaturus ius ſuum ſuccedendi (§. 34. 56), quod quaeſitum ei fuit ex pacto et prouidentia maiorum (§. 21. 28.), ſtatim ex eo tempore, quo obierat vltimus ſtirpis maſculinae (§. 26. 28.), quod alienare iuſte non potuit nec mater nec auia (§. 53. 54); quod tuetur propterea contra omnes remotiores familiae eiusdem cognatos (§. 27. 29 55), quodque manere debet penes omnes poſteros MARIAE EVAE DE STVRMFEDER, quamdiu durat eius familia (§. 29).

Digitized by Google

II.

DE

AVGENDO APANAGIO
AVCTIS REDITIBVS
NATV MAXIMI FILII PENES QVEM IMPERIVM EST
VVLGO
PRIMOGENITI REGENTIS

OPVSCVLVM

CVM PRAEFATIONE

IOANNIS ADAMI KOPPII, IC.

REGIMINIS ET CONSISTORII MARBVRGENSIS DIRECTORIS

DE

INCONGRVA ADPLICATIONE PARAGII ET APANAGII IMPROPRII AD FAMILIAS GERMANORVM ILLVSTRES.

IMPRESSVM IENAE LITT. IO. FRIED. RITTERI
cIↄ Iↄ CC XXXXV.

Digitized by Google

Digitized by Google

IOHANNIS ADAMI KOPP, IC.

REGIMINIS ET CONSISTORII MARBVRGENSIS DIRECTORIS,

MEDITATIONES

DE

INCONGRVA ADPLICATIONE PARAGII ET APANAGII IMPROPRII AD FAMILIAS GERMANORVM ILLVSTRES,

QVAS

IOH. STEPHANI PVTTERI

OPVSCVLO

DE

AVGENDO APANAGIO AVCTIS REDITIBVS NATV MAXIMI FILII PENES QVEM IMPERIVM EST VVLGO PRIMOGENITI REGENTIS,

PRAEFATIONIS

LOCO ADHIBVIT.

---

§. I.

Ius Apanagii nulla lege vniuerſali Germanis praeſcriptum eſt, ſed pactis, ſtatutis et moribus familiarum illuſtrium regitur.

IVS APANAGII, qua voce Gallica et barbara portionem illam alimentorum, *die Abfindung*, indicare ſolent ICti, quam intro-

ducto iure primum genitorum, liberorum vetuſtiſſimus praebere tenetur fratribus poſt genitis familiarum illuſtrium, nulla lege Imperii ſcripta et generali, ſi *Auream Bullam*, *Iuſtrumentum Pacis Weſtphalicae*, *Capitulationes Caeſareas*, et *Receſſum Imperii nouiſſimum*, quibus ſeptemuiris ſecularibus et sereniſſimae domui Haſſiacae ius illud confirmatum eſt, excipias, in Germania ſancitum vel praeſcriptum eſt, ex qua lites inter fratres vel agnatos obortae decidi poſſent, ſed pactis tantum, ſtatutis, diſpoſitionibus vel primi acquirentis vel communis ſtipitis, vel etiam obſeruantia et moribus ſingularum familiarum illuſtrium in Germania, regitur. Vnde facile conſequitur, fundamentum genuinum decidendi huiusmodi controuerſias neque e principiis iuris peregrini, Romani pariter ac Pontificii, quod vtrumque apanagia, vt dicunt, ignorabat, nec e ſententiis et opinionibus exterorum Iurisconſultorum, petendum, ſed potius in ipſa Germania quaerendum, et ex pactis, ſtatutis, diſpoſitionibus vel moribus cuiusque familiae illuſtris ſumendum eſſe.

§. II.

§. II.

Vnde ICti Hiſpani, Itali, Galli, aliique exteri primum coeperunt, pacta, ſtatuta et conſuetudines familiarum ſuae cuiusque gentis curatius euoluere, licet intermiſſis adhuc legibus et iuribus peregrinis.

Olim, cum peritis iuris iuſtinianei nil niſi Romana placerent, ICti quoque Germani cum Hiſpanis, Italis et Gallis, relictis fontibus limpidis, ad iura peregrina, eorumque γλωσσας prolapſi ſunt, ex iisque argumenta et rationes decidendi hauſtas ad lites familiarum illuſtrium de *iure Primogeniturae*, vt dicunt, et Apanagii ortas, ſatis inepte applicuerunt. Verum re ipſa tandem experti, nihil ſolidi ibidem inueniri, vt vel diſcentibus doctrina de iure *Primogeniturae* et *Apanagii* cohaerens proponi, vel conſulentibus condigne reſponderi poſſet; ad ſaniora ſenſim atque ſenſim redire, et ipſa familiarum illuſtrium ſuae cuiusque gentis ſtatuta pacta et conſuetudines, euoluere coeperunt. Praeiuerunt exteri, et prae ceteris *Andreas Tiraquellus*, *Ludouicus Molina*, *Melchior Palaez*, aliique, vtpote qui, intermiſtis quidem adhuc, prout mos ferebat iſtorum temporum, vbique fere legibus et iuribus peregrinis, curatius tamen in ſtatuta, pacta moresue familiarum illuſtrium inquiſiuerunt, ex iisque doctrinam quandam magis

 gis

gis cohaerentem de iuribus *Primogenitorum*, *Maioratuum*, *Apanagiorum*, quae apud Gallos, Hiſpanos, Italos aliosue obſeruantur, quoad eius fieri poterat, conſarcinarunt.

§. III.

ICti noſtrates eosdem ſecuti ſunt, in iisque Betsius *et* Springsfeldius; *ſed intermiſtis iterum iuribus, moribus et vocabulis peregrinis:*

Exteros tandem ſecuti ſunt ICti noſtrates, in iisque *Betſius*, et poſt eum *Springsfeldius*. Ille enim libro, *de ſtatutis, pactis et conſuetudinibus familiarum illuſtrium et nobilium*, edito, doctrinam de iure primogeniturae Francorum, ſiue Franco-Gallorum, quam prae moribus Hiſpanicis, Italicis, Longobardicis, Germanicis conuenire putabat, Germaniae accommodare, atque in primis e moribus hisce Gallicis iura primogeniturae et apanagii familiarum illuſtrium et nobilium in Germania illuſtrare ſtuduit. Hic vero, dum doctrinam *de Apanagio* ſingulari libello praecipue quidem explicare et vlterius perſequi inſtituit, *Betſii* vero intermiſtionem morum exterarum gentium non ſolum retinuit, ſed et magis adhuc cum moribus Germanorum confudit, atque nouam diſtinctionem inter *apanagium proprium* et *improprium* ex-

excogitauit, libellumque ſuum ſcriptorum Italorum, Hiſpanorum, maxime autem Gallorum teſtimoniis vbique fere exornauit. Vnde nouum iterum malum ortum eſt, quod ICti Germani, retinentes dictiones plane peregrinas, Germanisque incognitas, *Moioratus*, *Paragii*, *Apanagii*, doctrinam de iuribus primum genitorum, et portionis alimentariae poſtgenitorum, quae Germanorum moribus inter familias obſeruantur, mirum in modum obſcuram et dubiam reddiderint, quas tamen dictiones peregrinas ad vnam omnes, tuto praetermittere poſſumus in exponendis hisce iuribus, eorumque vſu in Imperio noſtro Romano-Germanico, quoniam veteres Germani easdem neſciuerunt, eandemque ob cauſam nunquam tantas lites inter familias illuſtres habuerunt, quantas quidem poſt introducta haec vocabula peregrina in Germaniam, ad hunc vsque diem maximo familiarum illuſtrium damno, agitatas videmus. Hanc inutilem vocabulorum peregrinorum intermiſtionem et applicationem ad ſtatuta, pacta et mores Germanorum, ante me, egregie iam obſeruauit atque reprobauit *B. Aſſeſſor* DE LVDOLF *in Tr. de introd. iur. primogenit. Part. ſpec.* §. *XII. p.* 66. *Edit. nouiſſ.* vbi ita:

"*Summa*, inquit, *meditationis noſtrae* „*haec eſt: 1.) Paragium et Apanagium iure* „*Galliae ſunt diſtinctiſſima. Mores autem* „*Galliae et Germaniae in plerisque, maxime* „*quoad Paragium, non conueniunt. 2.) Ger-* „*maniae Iurisprudentes iſtis vocabulis peregri-* „*nis non niſi per ſimilitudinem vtuntur. 3.)* „*Vbi Primogeniturae conceptus deficit, ibi* „*non recte fingitur Paragium. 4.) Paragia-* „*tus dici non poteſt, cui omnia iura ſublimia* „*territorii competunt. 5.) Quaeſtiones inter* „*familias illuſtres Germaniae ortae NB. male* „*ex vſu vocum iuxta mores Galliae deciduntur,* „*rectius ex moribus gentis, praecipue ex pactis* „*familiarum, abſtrahendo a vocabulis.*

§. IV.

Quam incongruam morum et vocabulorum peregrinorum applicationem ne recentiores quidem ICti ex ipſis iuris germanici inſtauratoribus correxerunt, ſed potius defenſitarunt et auxerunt.

Inutilem hanc morum et vocabulorum peregrinorum intermiſtionem et peruerſam applicationem ad mores Germanorum *Berſio*, *Springsfeldio*, aliisue huius aetatis ICtis Germanis, facile remittere et condonare poſſemus, niſi recentioribus quoque temporibus, et quidem, quod magis dolendum, inter ipſos iuris germanici inſtauratores praecipuos, inuenirentur, qui in eadem haereſi fuerunt, atque retentis hisce

ex peregrinis maiorem adhuc confuſionem; diuerſa licet intentione, doctrinae de iure *primogeniturae* et *apanagii* Germanorum attulerunt. Sufficiat nominaſſe viros celeberrimos, SCHILTERVM et HERTIVM, quorum liti de diſtinctione inter *apanagium proprium* et *improprium*, vt et inter *paragium* et *apanagium*, ſe poſtea immiſcuit alias acutiſſimus THOMASIVS, contra *Hertium* in campum deſcendens, ac *Schilterum* defendens. Admiratione omnino dignum eſt, ICtos hosce et Germanos, et inſignes, in tantam conflictionem incidere tantasue lites aduerſus ſe ipſos agere potuiſſe, et quidem de doctrina, quae in Germania noſtra vſum habuit nullum, ſed potius cauſarum patronis anſam dedit, vt ſub vnius vel alterius nominis auctoritate lites protelarent, et cauſas ſaepiſſime iniuſtiſſimas fucarent; Ipſi illi ICti rerum germanicarum peritiſſimi, in ſcriptis ſuis vbiuis fere locorum omnem operam impendunt, vt iurisprudentiam noſtram germanicam, tam priuatam, quam publicam, a principiis peregrinis purgarent, atque ex fontibus limpidis deducerent: Et tamen iidem ſunt illi, qui doctrinas in Germaniam transferre conati ſunt, Germanis plane ignotas, et ex principiis moribusque peregrinis de-

 prom-

promtas, quod fieri nunquam potuiſſet, niſi cauſae plane ſingulares huic controuerſiae anſam dediſſent, quae breuiſſimis adhuc exponendae ſunt.

§. V.

Schilterus *enim nouam doctrinam de Paragio ad germanos e gallia transtulit, vt Chriſtiano II. Comiti Palatino-Birckenfeldenſi gratum ſe praeberet:*

Iohannes Schilterus, eximius ille ICtus Germanus, olim a conſiliis Bernhardi Ducis Vinarienſis, Ienae per quindecim fere annos et orbem literarium variis ſcriptis, et ſtudioſam iuuentutem docendo erudiuit, donec ob laſciuiam vxoris, eiusue malitia corruptam filiam pulcherrimam, Ienae pertaeſus relicta familia Francofurtum ad Moenum ſe contulit, ac tandem, ſuaſu Praetoris Regii Ulrici Obrechti, munus Aduocati Ciuitatis Argentoratenſis anno 1686. ſuſcepit, vbi quidem munere Profeſſoris honorarii ſimul defunctus in laude et litteris, turbatis autem ſemel rebus domeſticis et familiaribus, affluentius haud vixit, adeo vt viuus adhuc bibliothecam cum inſigni theſauro antiquitatum Teutonicarum Iohanni Chriſtiano Simoni, poſtea ſyndico Campodunenſi, vendiderit, nil niſi biblia retinens. Eodem tempore ſereniſſimus Princeps Chriſtianus II. Comes Pala-

Palatino-Birckenfeldenſis Argentorati plerumque habitabat, in cuius aula *Schilterus*, quod ex ore B. IOHANNIS HENRICI BOECLERI, Anteceſſoris Argentoratenſis celeberrimi, haud ſemel audiui, multis beneficiis afficiebatur, atque vt iisdem viciſſim reſponderet, gratumque erga Principem Chriſtianum II. animum teſtaretur, inter alia et nouam hanc de *Paragio germanico* doctrinam effingebat. Cum enim anno 1694. poſt obitum Leopoldi Ludouici Comitis palatini, et extinctam cum eo lineam Veldentinam, de iure ſuccedendi in terras ab ipſo relictas maxima lis inter Iohannem Wilhelmum, ſeptemuirum palatinum lineae Neoburgicae, et reliquos Comites palatinos oriretur; *Schilterus* Chriſtianum II. Comitem Palatino-Birckenfeldenſem; veritum, ne tanquam apanagiatus a tali augmento terrarum excluderetur, defenſare, atque ex apanagiatis in paragiatos transferre voluit, ac diſſertatione ſua, de *paragio* et *apanagio*, nouum quoddam ENS HETEROGENEVM, cui nomen PARAGII a gallis mutuatus eſt, germanis obtruſit, totumque illud tum e natura iuris primogeniturae, tum ex apanagio, tum etiam e Gallorum paragio, conflauit, et ad ſereniſſimam Domum palatinam, vtut admodum contorte, applicauit, id potiſſimum agens,

vt

vt effictam illam a *Springsfeldio* diſtinctionem inter apanagium *proprium* et *improprium*, et quidem ex eius ſaltem conceſſis, non pactis, ſtatutis et moribus familiarum illuſtrium Germanorum, deſtrueret, poſterius vero, quoad eius fieri poſſet, in paragium transformaret. Quid? quod eo vsque prolapſus eſt, vt paragiatos, ad diuiſiones quoque terrarum veras et totas, licet inaequales, admitteret, ipſisque plenum ius territorii, ſiue ſuperioritatem, quam vocant, territorialem cum iure ſuffragii in comitiis, tam vniuerſalibus quam particularibus, tribuerit.

§. VI.

HERTIVS *confutauit Schilteri doctrinam nouam de Paragio, ſed excogitatam a Springsfeldio diſtinctionem inter apanagium proprium et improprium, emendatis nonnullis, vlterius confirmare auſus eſt:*

Huic conatui maſcule ſe oppoſuit IOH. NICOLAVS HERTIVS, in Diſſertatione de *commentitia apanagii et paragii diſtinctione in Romano-Germanici Imperii principatibus profanis et comitatibus*, nouumque illud ens rationis PARAGII GERMANICI in fumum abire iuſſit. Nec coeco etiam obſequio ſecutus eſt *Springsfeldium*, ſed potius errores ipſius, quos in extendendo apanagio imperio ad illud regiminis genus,

genus, quod *Mutſchierung* vocant Germani, vel etiam, vbi territorium manet indiuiſum et maior natu aut ſenior id adminiſtrat, commiſerat, bona fide detexit et confutauit. Verum nimium quantum adhuc occupatum habet animum in defendenda diſtinctione *apanagii proprii et improprii*, nec non explicanda differentia vtriusque ſpeciei et indole. *Apanagium proprium* accipiunt et *Springsfeldius* et *Hertius* eo ſenſu, quo Galli prouiſionem, quam vel ipſi reges, vel Proceres Galliae, ratione feudorum maiorum indiuiduorum, poſtgenitis, pro dignitatis ac natalium ratione, ad ipſos ſuſtentandos aſſignare ſolent, indicant, vid. CAROL. DV FRESNE *Gloſſar. voc. Apanamentum, Apanagium* tom. I. pag. 274. ſeq. et cum deprehenderunt, portionem illam alimentorum, *die Abfindung*, quam Germani poſtgenitis in certa pecuniae quantitate, aut praediis latifundiisue, ad fructus tantum reditusque inde percipiendos, conſtituunt, maxime conuenire Apanagiis illis Gallicis, hanc alimentorum ſpeciem *Apanagium proprium* germanorum dicebant. *Apanagium improprium* vero HERTIVS vocat illam portionem:

"*Ubi primogenitus quidem eſt regionum*
„*Dominus, ſed apanagiatus certam regionis*
par-

„*partem regendam accipit*, *et quidem inter-*
„*dum cum quibusdam regalibus*, *interdum ita*,
„*vt primogeniti ſuperioritatis territorialis ex-*
„*ercitium temperetur*, *quando cum eo in non-*
„*nullis iuribus ſecundogenitus concurrit*.„

Qua vero diſtinctione vel ideo carere poſſumus, quia ipſe *Hertius* et *proprii* et *improprii* Apanagii gradus agnoſcit, adeoque opus non eſt, vt apud Germanos portionem alimentorum poſtgenitorum infimi gradus modulo Apanagiorum gallicorum, ob conuenientiam quandam, metiamur, reliquas vero alimentorum ſpecies maioris gradus in apanagium quoddam improprium, quia Gallorum Apanagiis non conuenit, conuertamus, idque priuato arbitrio.

§. VII.

Contra quem inſurrexit THOMASIVS, *atque* SCHILTERI *doctrinam de Paragio defendit.*

Tandem CHRISTIANVS THOMASIVS, ſtrenuus ille praeiudicii autoritatis exterminator, nihilominus praeiudicio autoritatis *Schilteri* correptus, huius cauſam ſuſcepit, atque *Vindicias diſtinctionis inter paragia et apanagia* edidit, in iisque ſat acerbe in *Hertium* inuectus eſt, totus in eo occupatus, vt non ſolum *Schilteri* diſtinctionem inter paragia et apanagia defen-

fenderet, ſed et incongruam applicationem iſtorum vocabulorum et morum peregrinorum, quam alibi ridere ſolet, probaret. Ita enim ille *Cap.* 1. §. 8.

„Non imprudenter egit *Betſius*, quod „primus nomina APANAGII et PARAGII „ex moribus Gallorum ad mores Germa„norum transtulerit, obſeruata tamen ſta„tim vtrorumque morum differentia. In„tereſt enim omni doctrinae, vt res diuer„ſae diuerſis nominibus appellentur, et vbi „nomina non inuenimus, licet ὀνοματο„ποιεῖν: Adde quod nihil frequentius ſit, „quam vt voces rerum a populo, vbi res „vel primum ortae, vel ſaltem ab illo po„pulo ad alium translatae ſunt, ad alterum „illum populum ſimul transferantur. „Quare nec prudentis eſt, vt in talibus „negotiis litem faciat de terminis.

Verum quam ſpecioſum id videatur, tanti tamen non eſt, vt *Betſium* imprudentiae, *Schilterum* vero temeritatis et partium ſtudii abſoluere poſſimus. ICti non eſt, iura peregrina Reipublicae priuato auſu obtrudere, ſed ſecundum iura et leges patrias, tam ſcriptas quam non ſcriptas, iudicare ac conſulentibus reſpondere. Quonam ergo iure potuerunt et *Betſius* et *Schilterus* peregrinum nomen et ius Paragii Gallorum ad Germanos, quibus vtrum-

que

Digitized by Google

que plane ignotum erat, transferre? Verum eſt, res diuerſas diuerſis nominibus eſſe appellandas; aſt vel ideo quoque paragium Gallorum et portio alimentorum, quam principes natu minores germanorum, introducto ſemel iure primum genitorum, a natu maximo accipiunt, diuerſis nominibus appellantur, quia omnino diuerſa ſunt iura, vti, praeter CAROL. DV FRESNE *Gloſſar. voc. Paragium Tom. 3. pag. m.* 149: *ſolide contra Vindicias Thomaſianas docuit AVTOR Diſcuſſionis atque Caſtigationis ſect. I.* §. 2. 3. *et* 4. vnde etiam illud ius vocatur paragium a Gallis, hoc vero *die Abfindung* a Germanis. Caeterum prudentis quidem non eſt, de vocabulis inutilem mouere litem, ſi penitus innocua ſunt; Quodſi autem dictiones peregrinae adhibentur, quibus iura patria confunduntur, peregrina priuato arbitrio intruduntur, ius primum genitorum vel turbatur, vel penitus ſubuertitur, litesue innumerae, vel in primis inter fratres et agnatos, concitantur: prudentis cuiusque eſt, dictiones iſtas peregrinas e patria omnibus modis exterminare. Eandem ob cauſam, mea quidem ſententia, rectius quoque ab ipſo *Apanagii* vocabulo peregrino abſtinemus. Si quis vero illud, ob vſum eius frequentem, et vt ab aliis eo melius intelligatur, retine-

re

re velit, in tantum adhuc tolerari poteſt, modo ne, vt apud Gallos fieri ſolet, naturam et eſſentiam Apanagii Germanici in ſola prouiſione, vel aſſignatione prouiſionali, cum *Springsfeldio*, *Schiltero*, *Thomaſio*, aliisque ponat, nec pertinax ſit in defendenda et obtrudenda Germanis diſtinctione inter apanagium *proprium* et *improprium*, vtpote quae alium vſum habet nullum, niſi vt oſtendat differentiam inter apanagia Gallorum, et Germanorum familiarum illuſtrium, quae tamen in decidendis huiusmodi controuerſiis in Germania nihil vtilitatis adfert, ſed potius doctrinam de apanagiis Germanorum mirum in modum confundit.

§. VIII.

Vtriusque huius doctrinae de Paragio et Apanagio improprio principia defenſarunt adhuc LOMBARDIVS *et* VICTOR LEONHARDI.

Quam nociua etiam fuerit Germanis haec intermiſtio vocabulorum peregrinorum Paragii et Apanagii, euentus ſatis nos docuit, et ad hunc vsque diem docet. Quamprimum enim noua illa doctrina Paragii germanici, et diſtinctionis inter Apanagium *proprium* et *improprium* Germanis innotuit, non defuere Principes et Comites poſtgeniti, qui, conſtitutis ſibi apa-

nagiis non contenti, in ipſa iura Regentium, *derer regierenden Herren*, inuolare, atque ſibi vel paragia, vel apanagia impropria, tribuere ac vindicare conati ſunt: nec defuerunt cauſarum patroni, qui in noua hac doctrina nouum lucrum quaerentes, eandem omnibus viribus, adhibitis plauſtris allegatorum Legum et Doctorum Hiſpanorum, Italorum, Gallorum aliorumque in diſceptationibus forenſibus pariter ac publicis ſcriptis defenſarunt. Inter hos eminet IOH. HENRICVS LOMBARDIVS, qui edita trutina trium quaeſtionum controuerſarum, omnem operam eo impendit, vt ex hacce noua *Schilteri* doctrina sereniſſimis Pincipibus Haſſo-Reinfelſenſibus, hucusque indubie apanagiatis, ex apanagio ipſorum paragium efformaret: quem vero Lombardium adeo ſolide iam confutauit AVTOR *Discuſſionis atque Caſtigationis vindiciar. diſtinct. inter parag. et apanag. ſect.* 3. *per tot.* vt hoc labore ſuperſedere poſſim. Simili conatu, iisdemque argumentis, perſonatus ille VICTOR LEONHARDI, ſub quo nomine, non EPHRAIM GERHARD, vti IOH. PETRVS A LVDEWIG *in Commentar. ad A. B.* opinatus eſt, ſed AVGVSTVS HOFFMANN, ICtus Francofurtanus, quod eiusdem Conſilia *Tom. I. Conſil.* 5. nos docent, latere voluit,

ius

ius primogeniturae Lippiacum edito ſcripto: *Unpartheyiſche Rechtliche Erörterung folgender Fragen &c.* cum aliis aggreſſus eſt, iura vero Comitum regentium defendit HERTIVS cit. *Diſſert.* §. 17. *ſqq.* licet tandem apanagia haec Lippiaca ad *impropria* retulerit, vt ſcripta publica de hac controuerſia vtrinque edita nunc taceam. Si opus eſſet, variis adhuc exemplis, vel ex ipſa Domo Yſenburgica, docere poſſem, quam ſolicite Principes et Comites apanagiati, vt vulgo vocantur, omnem curam eo intenderint, et ad hunc vsque diem intendant, vt doctrinam de *paragio et apanagio improprio* retineant, atque in vſus ſuos contra ius primum genitorum conuertant.

§. IX.

Germani autem veteres penitus ignorarunt, et multo ſimplicius egerunt.

Mittamus ergo peregrina iſthaec inutilia pariter ac perniciosa, et conſiſtamus in ipſa Germania, vbi tanta circuitione, tantoque anfractu applicationum Paragii Gallorum ad Germanos, et ſubtilitate prouiſionis Apanagiorum Galliae, indeque efſictae diſtinctionis inter apanagia propria et impropria non eſt opus, ſed recta via patet. Euoluamus potius maiore cura ac di-

ligentia pacta, ſtatuta, diſpoſitiones et mores familiarum illuſtrium in Germania, quibus docebimur, paragium apud Germanos eſſe non ens, et diſtinctionem inter apanagia propria et impropria nullius vſus. Principes enim et proceres Germaniae veteres, quibus diuiſio terrarum displicebat, omnia iſthaec ignorabant, ſed multo ſimplicius agebant, et regimen filio, vel natu maximo, quod plerumque fiebat, vel maxime idoneo ad defendendas terras in turbidis illis diffidationum, quas vocant, temporibus, demandabant, reliquos vero vitae clericorum, vt ſcriptores eccleſiaſtici dicunt, dicarunt, aut alimentis neceſſariis inſtruxerunt; ita vt in huius modi familiis illuſtribus vnus tantum regimen et iura, quae ad illud pertinent, retineret, caeteri vero fratres vel agnati iis, quae ipſis aſſignata erant, contenti eſſent, niſi vel exitus familiae inſtans, vel aliae cauſae, diuiſionem terrarum ſuaſiſſent, confer. Hert. de *ſpec. R. G. I. Rebusp. Sect.* 2 §. 9. vnde et Germani id temporis neque de paragio Gallico, nec de ſubtilitatibus modi prouiſionis, ſucceſſionis, diuiſionis, inſtitutionis, legitimae, multum erant ſoliciti, ſed quicquid poſtgenitis a patre erat aſſignatum, aut a fratre regente conceſſum, ſiue in pecunia, ſiue reditibus, aliisque iuribus

bus conſiſteret, id omne vocabant *die Abfindung*, vel recentioribus temporibus *das Deputat*.

§. X.

Introducto postea vſu iuris Romani in Germaniam, diuiſiones quidem terrarum frequentiores, et portiones poſt genitorum opimiores ſunt factae:

Poſtea vero quam iura Romana, in Germaniam cum academiis introducta, Germanos docuerunt rationem naturalem, quaſi legem quandam tacitam, liberis parentum hereditatem addicere, velut ad debitam ſucceſſionem eos vocando, eaque propter in iure ciuili ſuorum heredum nomen eis tributum eſſe, ac ne iudicio quidem parentis, niſi meritis de cauſis, ſummoueri ab ea ſucceſſione poſſe, *L. 7. ff. de bonis damnat.*; coheredibus volentibus conſtitutam eſſe actionem, qua inter eos res hereditariae diſtribuerentur, *L. 1. pr. ff. Famil. erciſcund.*; ſi conueniat, ne omnino diuiſio fiat, huiusmodi pactum nullas vires habere, *L. 14. §. 2. ff. Commun. diuidund.* et quae ſunt id genus alia; non ſolum diuiſiones terrarum inter familias Germaniae illuſtres frequentiores, ſed apanagia ita dicta opimiora fieri coeperunt. Prius iam praeter SCHILTERVM *in Comment. ad Ius feudal. Alem. Cap. 42. §. 8. p. m. 243.* ſcribentem:

 "Tan-

"*Tandem recepto iure Romano, et admiſ-*
„ſis in Aulas Principum Doctoribus, qui ius
„priuatum eiusque regulam: Neminem in
„communione cogendum permanere; *cal-*
„lerent magis, quam ius publicum Germaniae,
„contigit, vt contra Conſtitutionem Friederici
„Imp. et legem illam fundamentalem, Princi-
„patus et Comitatus diuidi coeperint;

Aliosque obſeruauit THOMASIVS *in Vindic. diſtinct. inter parag. et apanag. Cap.* 1. §. 5. verbis:

"*Introductis in Germaniam Academiis, a*
„iuris Iuſtinianei peritis non difficulter fuit
„principibus perſuaſum, diuiſiones principa-
„tuum eſſe aequitati naturali magis conuenien-
„tes - - - Niſi per omnia fallor, ipſiſſima
„haec ſunt fundamenta, quibus diuiſiones coe-
„ptae, propugnatae, obtentae, tandem in mo-
„rem abiere. Atque iſtius iuris peritis
„ad gubernacula reipublicae aulasque princi-
„pum admotis, poſthabitisque in controuerſia-
„rum deciſione patriis moribus, id ipſum,
„quod dicimus, accidiſſe, vel parum oculatus
„perſpicere poterit."

Poſterius vero tot lites familiarum illuſtrium in Germania, ſummisque eiusdem iudiciis, motae, et ſubſecutae tandem transactiones et pacta, ſeculorum inprimis XVI. et XVII. abunde euincunt, atque docent, poſtgenitos non amplius pe-

cunia

cunia vel penſione quadam annua contentos fuiſſe, ſed ad perceptionem quoque redituum, iurisdictionis, aliorumque iurium, etiam regalium, admitti voluiſſe. Praeter haec quoque circa eadem fere tempora, ſeculorum ſcilicet XV. et XVI. genus illud regiminis mutui et ambulatorii, quod *Mutſchierung* vocamus, in nonnullis familiis Germanorum illuſtribus ex eadem ratione vſitatius quodammodo factum, vt ſcilicet eo minus a legibus Romanis, in iisque ſtabilita aequalitate coheredum, recederent. Exempla huius generis regiminis ambulatorii afferunt SPRINGSFELD. *de Apanag. Cap.* 2. *num.* 12. *ſeqq.* ibique LOMBARDIVS *in not. litt. f. et g.* HERT. *de Specialibus R. G. I. Rebuspubl. Sect.* 2. §. 13. aliique. Prae caeteris autem lectu dignum eſt pactum illud Yſenburgicum anno 1517. inter fratres Philippum Dietherum et Iohannem, Comites Yſenburgicos, initum, et ab Imperatoribus haud ſemel confirmatum, quod produxit ſcriptum ſub titulo: *Summariſcher Bericht der zwiſchen Heſſen und Yſenburg ſtrittigen Alienations - Sachen, in Drey-Eich gelegene Reichs - Lehenbare Dorffſchaften, ſampt dem Schloß Kelſterbach und anders betreffend, in fol. an.* 1619. *editum, pag.* 95. 96. 97. quamuis hoc genus regiminis, ob mul-

Digitized by Google

ta, quae ex eodem oriebantur, incommoda, haud diu durauerit, et hodie quoque in Germania rariſſimum ſit.

§. XI.

Genuina tamen indoles et natura iuris primogeniturae et apanagii Germanici permanſit; idque pauciſſimis adhuc regulis docetur:

Quanta quanta autem id temporis fuerit auctoritas iuris Romani in aulis et foris Germaniae, tanta tamen non fuit, vt genuinam naturam et indolem iuris primogeniturae pariter ac apanagii Germanici penitus eradicare potuerit, quin potius eandem naturam per haec quoque tempora retinuerunt. Tanto minus ergo ferendi ſunt conatus recentiorum ICtorum, eorumque figmenta paragii, apanagii improprii, ad mores Germanorum, maioris, ſi Diis placet, illuſtrationis cauſa applicata, quibus nihil aliud egerunt, quam vt familias illuſtres Germanorum nouis tricis domeſticis perturbauerint, nouisque litibus anſam dederint, teſte *B. Aſſeſſor.* DE LVDOLF *de Introd. iur. primogen. part. ſpecial.* §. 12. *pag.* 65. *edit nouiſſ.* verbis:

"Ex hac comparatione vtriusque gentis „morum patet, opinor, maximam inter vtros„que eſſe differentiam, atque vt ad tertium „caput accedam, poterat Germanica iurispru„den-

*„dentia publica terminis iſtis peregrinis para-
„gii et apanagii carere. Et diffitendum non
„eſt, vſum iſtorum vocabulorum, cum res ipſa
„ad mores Galliae diiudicari coeperit, varias
„peperiſſe inter illuſtres familias controuerſias,
„quae euitari poterant, ſi ex pactis familia-
„rum potius, quam ex vi vocum peregrinarum,
„peteretur iudicium, vnde et* SECKENDOR-
„FIVS *loco a* SCHILTERO *adducto pag.* 44.
*„ab iſtis terminis conſulto abſtinuit, neque
„nos, vbi de Apanagio egimus, iſti voci in-
„haerere conſultum duximus. Idem ferme hic
„accidit, quod in controuerſia de forma Rei-
„publicae Germanicae, quam alii ex terminis
„Philoſophiae Ariſtotelicae,* MONARCHIAE
„ſcilicet, ARISTOCRATIAE &c. *explican-
„tes, infinitis ſeſe inuoluunt difficultatibus et
„erroribus, alii rectius a vocibus iſtis abſti-
„nent, et ex legibus imperii formam diiudicant.“*

Quod teſtimonium graue et ex ipſa experientia deſumtum eo magis hic notari meretur, quo certius eſt χαρακτηριστικὰ ἰδιώματα, quibus iura primogeniturae, et apanagii apud Germanos diſcernuntur, cognitu eſſe facillima, nec tantis ſubtilitatibus opus habere, ſed pauciſſimis regulis exponi poſſe, modo ne vocabula peregrina et ſubtilitates inutiles, nec iura Gallorum, aliorumque ſine vlla neceſſitate intermiſceamus, ſed circa ſola Germanica ſubſi-

ſtamus, et deciſiones huiusmodi controuerſiarum e fontibus puris ac limpidis, ſtatutis, puta, pactis, diſpoſitionibus atque moribus familiarum illuſtrium in Germania hauriamus.

§. XII.

Sit itaque

REGVLA PRIMA:

Quotiescunque controuerſia oritur inter fratres vel agnatos de iuribus primogeniturae et apanagii; totiescunque ante omnia, cunctas in partes diſpiciendum eſt, vtrum terrae adſint diuiduae, an indiuiduae, atque regimen, die Lands-Regierung, *vel vni relictum, vel inter plures vere diuiſum?*

Ius enim primogeniturae eſt ius ſucceſſionis legitimae, haereditariae, vniuerſalis et *NB. indiuiduae*; vnde etiam in eo praecipue differt a reliquis ſucceſſionis ſpeciebus, quod ſit ſucceſſio *tantum vnius*, reliquis contra non ſuccedatur in vniuerſum ius, nec innexa ſit bonorum *indiuiduitas, B. Aſſeſſ.* DE LVDOLF *cit. part. ſpec.* §. 1. *pag.* 35. *et* 36. Quum vero admodum iniquum eſſet filios poſtgenitos eiusdem familiae non ſolum ab ipſa hereditate excludere, ſed omnibus quoque vitae neceſſariis et alimentis priuare; hinc neceſſario conſequitur, vt, quod

quod ipſa naturalis ratio inculcat, ſucceſſor ille vnus ac ſolus ex hac hereditate vniuerſali omnino vltragenitis portionem quandam, quacunque etiam in re conſiſtat, praebere debeat, vnde ſe ſuosque pro dignitate familiae ſuae alere poſſint, id quod hodie voce barbara *Apanagium*, Germanice vero *die Abfindung, Deputat*, dicere ſolemus. Idem docet HVGO GROTIVS *de iur. Bell. et Pac. lib.* 2. *Cap.* 7. §. 13. verbis:

„*Qui autem in regno tali* (ſcil. indiuiduo) „*ſuccedit, coheredibus tenebitur pro ipſorum* „*partibus aeſtimationem rependere, ſi et quatenus id fieri poteſt.*

Confer. BESOLD. *Diſputat. nomico-polit. de ſucceſſ. et Elect. Reg. Diſp. V. theſ.* 6. Vbi ergo adſunt terrae indiuiduae, et ſucceſſio in easdem, vnum tantum, eumque natu maximum, vel qui eius loco habetur, ad regimen earum admittit, ibi neceſſe eſt adſit *ius primogeniturae*, quoniam, vt recte pronunciat *B. Aſſeſſ.* DE LVDOLF *de introd. iur. primogenit. part. ſpec.* §. 3. *num.* 1. *in not. pag.* 38.

"*Conceptus primus iuris primogeniturae* „*eſt ordo ſuccedendi linealis, excluſa omni et* „*diuiſione terrarum et regiminis conſortio.*

Vbi autem adeſt *ius primogeniturae*, nec fratres natu minores ad conſortium regiminis admittuntur, ſed iis, quibus ipſis

e pro-

e prouentibus huiusmodi terrarum indiuiduarum honeſte et pro dignitate proſpicitur; contenti eſſe iubentur; ibi quoque adeſt *ius apanagii*, ſiquidem, monente id iterum *B. Aſſeſſ.* de Lvdolf} *cit. part. ſp.* §. 12, *num.* 1. *et* 2. *pag.* 36.

"*Iuris primogeniturae SUBSTANTIALE* „*eſt*, *vt minoribus natu fratribus*, *ex prouen*„*tibus bonorum iuri primogeniturae ſubiecto*„*rum*, *debite proſpiciatur*. --- *Adeo enim in*„*nexa eſt iuri primogeniturae Apanagii conſti*„*tutio*, *vt moderatiores quoque imo barbarae* „*gentes*, *niſi quandoque crudelitas rationem* „*vicerit*, *id naturale debitum erga fratres ſuc*„*ceſſione excluſos*, *agnouerint*.

Confer. Wilhelm. Leiser *de Apanag. theſ.* 1. *ſeqq. theſ.* 31. *ſeqq.* Eandemque ob cauſam duo iſthaec iura *primogeniturae* et *apanagii* adeo inter ſe cohaerent, vt alterum ſine altero ne intelligi quidem poſſit, ſed poſito vno ponatur et alterum, ac negato vno alterum quoque negetur. Contra vbi ipſum regimen terrarum, et exercitium iurium ad illud pertinentium, vel inter plures vere eſt diuiſum, vel pluribus commune, ibi nec ius primogeniturae adeſt, nec apanagium, licet diuiſio facta fuerit per partes inaequales, vel fratri natu maximo cum reliquis natu minoribus in communione viuenti multa praecipua

fue-

fuerint conceſſa, vel ipſa directio. Confer. *laudat.* DE LVDOLF *cit. part. ſpec.* §. 3. *num.* 2. *p.* 38.

§. XIII.

REGVLA SECVNDA:

Quotiescunque regimen terrarum, die Lands-Regierung, *penes ſolum natu maximum eſt; toties portio, fratribus poſtgenitis conceſſa, eſt verum et proprium Apanagium Germanicum, quanta quanta etiam fuerit, et quomodocunque conſtituta.*

Apanagium Germanorum verum ac *proprium* hic voco non illam penſionem, quam Gallorum principes ſtirpis regiae ab ipſis regibus, vel fratres natu minores procerum Galliae e feudis ipſorum maioribus, et quidem per modum *prouiſionis*, accipiunt, ſed eam portionem, quae poſtgenitis procerum Germaniae e terris indiuiduis, quarum regimen, *die Lands-Regierung*, non participant, ſed ſolus natu maximus princeps vel comes regens, *der regierende Herr*, ſecundum ordinem ſucceſſionis linealis tenet, ad ſuſtentandum ſe ſuoſque pro conditione et dignitate familiae ſuae, conceditur, quantacunque etiam ſit, et quomodocunque conſtituatur, modo ne ipſum regimen terrarum cum iisdem poſt-

poſtgenitis communicetur. Nec me turbat conficta diſtinctio SPRINGSFELDII; inter apanagium *proprium* et *improprium*, vtpote qui Germanorum apanagia vera et propria, *die Abfindung*, *Deputat*, priuato auſu et ſine vlla ratione modulo tantum apanagiorum Gallicorum metitur, eandemque ob cauſam etiam illa, vti haec, non niſi per modum *prouiſionis* fieri, falſo contendit, reliqua vero apanagia Germanorum opimiora, quae Gallicis non conueniunt, ad *impropria* refert, quinimo ea quoque ad tales caſus perperam extendit, vbi nullum plane ius primogeniturae adeſt, adeoque et nullum apanagium adeſſe poteſt. Nec obſtat figmentum SCHILTERI *de paragio Germanico*, quoniam et hic nouam illam de paragio Germanico doctrinam plerumque ex conceſſis *Springsfeldii*, et falſiſſima eius hypotheſi, quod ſcilicet omnia Germanorum apanagia vera et propria per modum prouiſionis conſtituerentur, effinxit, ac reliqua, quae per modum *prouiſionis* haud conſtituuntur, vel ideo paragia Germanica eſſe dicit, quia per modum *prouiſionis* non fiunt. Nec etiam opinio HERTII, quippe qui, vtut effictum a *Schiltero* paragium Germanicum egregie confutauit, recteque docuit omnes portiones, ſi poſtgeniti regiminis terrarum non

fiunt

ſiunt participes, eſſe apanagia, quocunque etiam modo conſtituantur, errorem tamen Springsfeldianum de apanagio *proprio* non depoſuit, ſed omnia apanagia *propria* dixit, quae apanagiis Gallicis magis conueniunt, *impropria* vero, quae maioris ſunt gradus. Haec, inquam, figmenta me plane non turbant, quia nullibi me in pactis et ſtatutis familiarum illuſtrium legere, vel e moribus Germanorum obſeruare memini, Germanos noſtros in conſtituendis apanagiis filiorum poſtgenitorum hisce diſtinctionibus inter *paragium* et *apanagium*, vel inter apanagium *proprium* et *improprium*, vſos eſſe, aut poſteris ſuis vnquam praeſcripſiſſe, vt apanagia Germanica ad modum paragiorum et apanagiorum Gallicorum formarent. Neque facile mihi perſuadebit Ioh. Avgvstvs *Nob. Dom.* a Berger *de iur. Apanagial.* §. 6. *et* 7. paragia iam iam temporibus Imperatorum Saxonicorum adfuiſſe in Germania, id enim neque exempla Bauariae, nec ratio, quod iisdem temporibus beneficia nondum fuerint hereditaria, euincunt, ſed figmenta ſunt ICtorum recentiorum. Quis autem vnquam procerum Germaniae priuato arbitrio ICtorum commiſit, vt apanagia Germanica ſecundum modum et formam paragiorum et apanagiorum Gallicorum iudicarent,

rent, in eaque transſigurarent? Negari quidem nequit, in terris indiuiduis, vbi regimen terrarum, *die Lands-Regierung*, ad ſolum natu maximum pertinet, et ius primogeniturae introductum eſt, portiones, quae alimentorum loco poſtgenitis aſſignantur, ſuos habere gradus, quod ipſe quoque Hertius agnoſcit. Aliis enim, quod pacta, ſtatuta, et mores familiarum illuſtrium in Germania vbiuis docent, pecunia tantum, vel reditus quarundam terrarum et latifundiorum, aliis praeter reditus et iurisdictio, tam ciuilis, quam criminalis, aliis denique et nonnulla iura regalia, vel alia, quibus ſuperioritas, vt dicunt, territorialis quodam modo temperatur, aſſignantur et conſtituuntur, idque vel per modum prouiſionis, vel per modum diuiſionis cuiusdam, diſpoſitionis, ſtatuti, pacti, amicae compoſitionis, et quae ſunt id genus alia. Omnes tamen iſtae portiones, maioris pariter ac minoris gradus, cum regimen terrarum maneat idiuiduum et penes natu maximum, *dem regierenden Herrn*, ſunt apanagia, vt ICti quoque noſtrates hasce portiones poſtgenitorum vocant, *vera et propria*, nec opus eſt, ea, ob graduum diuerſitatem, in *propria* et *impropria* diſtinguere. Springsfeldius enim hanc diſtinctionem a feudis mutuatus eſt, quorum pro-

pria

Digitized by Google

pria dicuntur, quae praeter eſſentiam totam feudi naturam ſine alteratione retinent: impropria, quae praeter eſſentiam, quam totam vtique retineri oportet, de naturalibus quaedam remittunt, vt ait SCHILTERVS *de parag. et apanag.* §. 33. atque pergit:

"*Sic enim iuxta veram et non ſimulatam* „*philoſophiam iuris de rebus habendum: Omnis* „*ſpecies impropria debet habere vnam commu-* „*nem et genericam eſſentiam cum propria ſpe-* „*cie, quod principium intellectu facile: Si enim* „*non habet impropria ſpecies communem eſſen-* „*tiam et formam genericam cum propria; tunc* „*non improprie, ſed perperam talis ſpecies ap-* „*pellatur, quum effectu iuris deſtituatur,* „*forma ſaltem generica deficiente. Sane im-* „*propriae ſpecies iſtae demum ſunt, quae for-* „*mam et eſſentiam retinent, ſed naturam alte-* „*rant. Quicquid enim eſt, per formam ſuam* „*eſt; igitur datur ſpecies aliqua impropria* „*quoad ipſam formam et eſſentiam.*" SCHILTERO quidem totum hoc argumentum, vtpote quod contra falſam illam atque erroneam *Springsfeldii* ſententiam, ac ſi omnia apanagia Germanorum vera et propria ad modum Gallorum, ſola *prouiſione* conſtitui debeant, eſt directum, concedere, ſed et ex iisdem principiis contra ipſum et *Hertium* argumentum a contrario ducere, vel potius, cum veteres Germani has ſub-

tilitates philoſophicas in conſtituendis apanagiis non curarunt, plane praetermittere poſſumus. Quodſi enim ſecundum iſtas quoque ſubtilitates philoſophicas hanc de apanagiis doctrinam examinare vellemus, *forma et eſſentia* cum iuris primogeniturae, tum apanagii Germanorum, poni poſſet in *indiuiduitate*, vt ita dicam, regiminis et terrarum, adeo vt admiſſa diuiſione vera, licet maxime inaequali, corruat et ius primogeniturae et ius apanagii, ea vero excluſa et remota, verum et proprium adſit ius primogeniturae pariter ac apanagium. *Naturalia* vero quaerenda eſſent in huiusmodi iuribus, quorum exercitium regulariter quidem ſoli principi regenti competere ſolet, ad certum tamen modum reſtringi, et cum apanagiatis etiam aliquatenus communicari poteſt. Ad haec naturalia *B. Aſſeſſor* de Lvdolf *de introduct. iur. primogenitur. Part. ſpec.* §. *III. num.* 4. *pag.* 39. refert *a*) complexum omnium regalium, etiam minorum, *b*) ius repraeſentandi totam familiam, negotiaque eiusdem, ſuo nomine tractandi, *c*) ius προεδρίας, *d*) ius recipiendi (addo et concedendi) inueſtituram feudorum, et quae ſunt id genus alia. Ex quo facile eſt ad intelligendum, *naturalia* quidem iſt-

haec

haec quodam modo etiam admittere apanagiatos, principem tamen regentem ab ipſis non plane excludi, adeoque, nec eadem ſtatutis vel pactis, vt *in naturalibus contractuum* fieri ſolet, ſalua *eſſentia* et *forma* iuris primogeniturae et apanagii, penitus tolli poſſe. Si autem tolli nequeunt, naturam vtriusque iuris, primogeniturae et apanagii, neque alterant, nec transformant, vti quidem opinatur SCHILTERVS, eandemque ob cauſam nec *paragium*, *nec apanagium improprium* admittunt, cum praeſumtio ſemper adſit pro principe regente contra apanagiatos, donec ab his probetur contrarium, quem tamen effectum naturalium autores iſtorum figmentorum praecipue interuertere conati ſunt. Quamuis etiam hoc modo apanagia Germanorum gradu omnino differant, et alterum alteri iuribus ac reditibus antecellat, nondum tamen opus eſt, eadem in certas ſpecies ſecundum hanc graduum diuerſitatem diuidere, cum alias tot eſſent ſpecies, quot ſunt gradus, hoc eſt innumerae. At gradus, vt in ſcholis dialecticorum loquuntur, non variant ſpeciem, adeoque miſſis hisce diſtinctionibus et ſubtilitatibus philoſophicis plane inutilibus, omnia dico apanagia Germanorum, ſiue minoris gradus, vere et proprie talia, omnesque apanagiati refe-

runtur in claſſem *der Abgefundenen, Apanagirten-* vel *Deputats-Herrn*, in eoque diſtinguuntur a regentibus, *denen regierenden Herren*, quocunque etiam modo illi portiones aſſignatas et quantascunque acceperint, dummodo ipſum terrarum regimen, *die Landes-Regierung*, maneat vere indiuiſum ac indiuiduum.

§. XIV.

Regvla tertia:

Quotiescunque vero terrae earumque regimen vere diuiduntur, licet per partes maxime inaequales; toties neque ius primogeniturae, nec apanagium adeſt, ſed quilibet fratrum pro ſua portione eſt princeps vel comes regens, ein regierender Herr.

Haec regula ſua ſponte fluit e prioribus. Si enim eſſentia iuris primogeniturae in indiuiduitate, vt aiunt, regiminis terrarum conſiſtit; neceſſario conſequitur, in omni diuiſione regiminis vera, licet inaequali, omnem conceptum principis regentis et apanagiati corruere, atque omnes fratres poſtgenitos ad hanc diuiſionem veram admiſſos, eſſe principes regentes, nullum apanagiatum, etiamſi frater natu maximus in tali diuiſione dimidio plus accepiſſet, alia-

aliaque iura praecipua, ſed ſufficit, veram adeſſe diuiſionem, et quemlibet fratrum natu minorum in ſua portione, licet minore, verum eſſe principem regentem, *ein regierender Herr*, omnibusque iuribus ad conditionem principis regentis pertinentibus gaudere, quae natu maximus ſibi vindicat. Vtrumque egregie illuſtrat atque confirmat Sereniſſima Domus Haſſiaca duobus exemplis *et verae diuiſionis*, ſed maxime inaequalis, et *apanagii veri ac proprii*, maioris licet gradus, admodum notatu dignis. Prius exhibet teſtamentum Landgrauii Philippi Magnanimi anno 1562. conditum apud LVNIG. *Reichs-Archiv. Part. ſpec. contin. 2. unter Heſſen. Vol. IX. pag. 779. ſeqq.* quo diuiſio terrarum Haſſiacarum ita facta eſt, vt filius natu maximus Wilhelmus IV. ſemiſſem, filius ſecundus Ludouicus Teſtator trientem, filii vero tertius et quartus Philippus iun. et Georgius coniunctim trientem acciperent. Vera interim diuiſio facta, licet maxime inaequalis, vnde etiam quilibet fratrum in ſua portione terrarum erat princeps regens, *ein regierender Herr*, et quilibet eorum habebat ſuffragium ſingulare in comitiis imperii vniuerſalibus, confer. HERT. *de Commentit. apanag. et parag. diſtinct.* §. 8. Poſterius transactio inter filios Landgrauii

Mauritii an. 1627. inita docet, quae legitur in *Not. Lombardii ad Springsfeld. de Apanag. Cap. VI. num. I. lit. a.* apud MEIER. *Corp. iur. Apanag. et parag. p. 65.* quaque multa iura praecipua et inſignia cum fratribus poſtgenitis communicata fuerunt, ipſum tamen regimen terrarum ſolus natu maximus, Landgrauius Wilhelmus V. tenuit, retinuitque indiuiſum, portio vero natu minorum verum et proprium apanagium permanſit, vnde et in caſſum cecidit conamen IOH. HENRICI LOMBARDII, quo vel partium ſtudio, vel erroribus Schilterianis ductus, apanagium iſtud sereniſſimorum Principum Haſſo-Reinfelſenſium in paragium Gallicum variis ſcriptis transformare voluit, cum tamen in ipſa hac transactione *art.* 2. contrarium diſertis legatur verbis:

"*Als iſt wegen der Fürſtlichen Herren „Söhne -- abgeredet, placidirt und allerſeits „eingewilliget, daß auf begebenden Fall, aus „vielen erheblichen Land und Leut erſprießlichen, auch zu Abwendung beſorgender Zerrüttung gereichenden Conſiderationen der „Herr Adminiſtrator Landgraf* Wilhelm NB. „allein regierender Herr ſeyn und bleiben, „*und* NB. die Fürſtliche Regierung nicht zerrüttet noch zertrennet werden -- *ſollen.*"

Idem

Idem docet pactum anno 1628. apud SPRINGSFELD. *de Apanag. Cap. VI. num. I.* et quamuis poſtea nouae iterum a fratribus minoribus sereniſſimae Domui Haſſo-Caſſellanae mouerentur lites, idem tamen repetitum fuit in transactione an. 1654. Ratisbonae inita, apud LVNIG. *cit. vol. IX. pag.* 910. verbis:

„*Daß das IVS PRIMOGENITVRAE nach* „*Inhalt obangezogener Verträge, und des* „*hierüber von - - weyland Kayſern* Ferdi„nando *dem Andern - - am 8ten Iunii anno* „1678. *ertheilten Diplomatis, wie auch darauf* „*gerichteten allgemeinen Friedens-Schluſſes zu* „*Münſter und Oßnabrück de anno* 1648. *ſo* „*lange die von weyland Herrn Landgrafen* „*Moritzen zu Heſſen Chriſtmilden Andenckens* „*poſterirende gantze Fürſtl. Heſſen-Caſſeliſche* „*Linie - - wæhren und ſeyn wird, in ruhiger* „*und ſteter* Obſeruanz *und* Eſſe *erhalten, und* „*deme zufolge nicht allein* NB. **jederzeit nur** „**ein einiger** *aus des ælteſten Geburts Linie po*„*ſterirender* **regierender Landesfürſt ſeyn** - - „*ſolle &c.*

Idemque confirmatum in *RECESS. IMP. NOVISS. de anno* 1654. §. 188. 189. *et* 190. Quam plurimis hoc exemplis facili adhuc negotio comprobare poſſem, niſi breuitatis ergo filum eſſet abrumpendum, et vel hisce ſatis ſuperque doceremur,

 quam

quam pernicioſa ſit doctrina de paragio et apanagio improprio, eorumque incongrua applicatio ad familias Germanorum illuſtres.

§. XV.

Tranſitus ad opuſculum Pütterianum de augendo apanagio.

Laudandi potius ſunt ICti Germani, qui, miſſis hisce figmentis de paragio Germanorum, et ſubtilitatibus plane inutilibus diſtinctionis inter apanagium proprium et improprium, in ipſa Germania, et moribus, diſpoſitionibus, ſtatutis, pactis familiarum illuſtrium, ſubſiſtunt, ex iisque apanagia Germanorum explicant, controuerſias de extendendis vel reſtringendis hisce apanagiis natas decidunt, et conſulentibus reſpondent. Laudanda ergo in primis etiam eſt opera viri clariſſimi et doctiſſimi IOHANNIS STEPHANI PÜTTERI, I. V. L. in Athenaeo noſtro Marburgenſi magno hucusque applauſu fructuque iura et hiſtoriam imperii ſtudioſam iuuentutem docentis, quam in exponenda doctrina *de augendo apanagio auctis primogeniti reditibus*, impendit, atque hoc opuſculo cum orbe erudito communicauit. Nihil moratus eſt opiniones et errores ICtorum, cum exterorum, tum noſtratium,

ſed,

ſed, praetermiſſis plane effictis iſtis diſtinctionibus erroneis pariter ac pernoxiis inter paragia et apanagia, item inter apanagia propria et impropria Germanorum, ipſos fontes puros ac limpidos, diſpoſitiones puta, ſtatuta, pacta, et mores familiarum in Germania illuſtrium, adiit, omnemque curam eo intendit, vt ex iisdem fundamenta ſolida iaceret, firmisque nexibus doctrinam magis cohaerentem de augendo apanagio auctis primogeniti reditibus ſuperſtrueret, quid olim Germanis illuſtribus hac in re vel placuerit, vel vbique moribus et vſu frequenti receptum fuerit, oſtenderet, et ita ſolidas ac genuinas rationes decidendi controuerſias recentiores de augendis apanagiis iamiam motas, vel adhuc mouendas, ſuppeditaret. Quamobrem non poſſum non et viro doctiſſimo de egregio ſpecimine ſingularis et eximiae eruditionis, quam in aliis eiusdem aetatis haud facile deprehendere licet, gratulari, et tibi, lector beneuole, opuſculum hoc legendum ac vtendum commendare, nullus dubitans, quin ea, quae pauciſſimis hic commonui verbis, re vbiuis comprobata, perlegendo ipſum opuſculum, ſis inuenturus. Marburgi Cattorum pridie Nonarum Iunii MDCCXXXXV.

Digitized by Google

OPVSCVLI
DE AVGENDO APANAGIO AVCTIS PRIMOGENITI REDITIBVS

Caput primum
QVOD PRINCIPIA QVAEDAM DE APANAGIIS GENERALIA PRAESTRVIT.

§. 1.

Quando locum habeant apanagia?

Si qua in familia non omnes promiſcue heredes ab inteſtato alias vocati, ſed in iis illi tantum, qui natu maximi, vulgo primogeniti,ſunt,ad hereditatem auitam adſpirant; ibi ius, quod vocant, primogeniturae, ibi et apanagia obtinent. Hinc ante omnia in primogeniturae vim et ſignificationem inquirendum.

§. 2.

Quis primogenitus, et poſtgenitus quaeque linea primogenita ſit?

Ex pluribus filiis qui natu maior eſt, *primogenitus*; qui natu minor, *poſtgenitus* vocatur. Quod ſi vero ſingulos a primo adquirente ex primogenito quoque deſcendentes primogenitos complectaris; ea *linea* dicitur *primogenita*.

* I

* I. Sic e. g. primi adquirentis filius natu maximus, et ex eo nepos, ex hoc pronepos, ex hoc abnepos primogenitus quisque in lineam primogenitam reponendi ſunt, quia ſuus cuiusque pater fuit primogenitus reſpectu omnium a primo adquirente deſcendentium. Contra primi adquirentis filius natu minor, et ex eo nepos, ex hoc pronepos, ex hoc abnepos, licet omnes hi primogeniti ac ratione ſuorum cuiusque fratrum natu maximi ſint, tamen in poſtgenitorum numerum referuntur, quoniam ſuus cuiusque parens non fuit primogenitus, ſi omnes a primo adquirente deſcendentes reſpicias. Exemplis illuſtratur,

* II. Primogenitos Germani κατ᾽ ἐξοχὴν olim Dominos, *Herren;* poſtgenitos Domicellos, *iunge Herren*, ſiue *Iunkherren* aut *Iunkern* vocare ſolebant. Sic in epitaphio quodam antiquo obſeruantur verba: *Der edle, wohlgebohrne Iunckherr, Iunckherr Bernhard, edler Herr zu der Lippe.* Et in tabula anno 1374. litteris conſignata duces Brunſuicenſes poſtgeniti ſe vocant: *We Iunckherren Frederick, Berend, Henrick und Otto, Bröder von der Gnade Gottes, Hertzogen the Brunswig und the Lüneburg.* vide GOD. CHRIST. LEISERVM *de praediis in apanagium conceſſis.* Compara *ſpeculum Saxonicum*, vbi lib. 3. art. 19. narratur, *daß diejenige, ſo unter Brüdern das Fürſtenthum bekommen, des Reichs Fürſten, die übrigen aber ſchlechthin Fürſten oder Fürſtengenoß genannt ſeynd worden.* Hodie et nominibus antiquis.

tamen

tamen poſtgeniti dignitatem ac titulum honoris primogenitorum inſtar retinent, VITRIARIVS in *inſtit. iuris publici* lib. 3. tit. 20. §. 66.

§. 3.

Quid ſit ius primogeniturae?

Ius illud, quod lineae primogenitae tantum hereditatem auitam, omniaque, quae alias vniuerſae familiae forent, iura tribuit, adpellatur *ius primogeniturae.* Eam vero *hereditatem auitam* dicimus, quae a maioribus tradita eſt. Hinc hereditas, quae noua eſt ratione adquirentis, auita ſit ratione poſterorum ex eadem linea prognatorum.

et hereditas auita?

§. 4.

Finis iuris primogeniturae.

Finis iuris primogeniturae hic potiſſimum eſt, ne nimiis diuiſionibus patrimonia auita, quibus diuulſis familiae ſplendor ſuſtineri non poteſt, dilacerentur.

Probatur et illuſtratur variis familiarum imminutionibus.

* I. Egregie id exprimitur in *theſauri politici* parte prima in *relatione di Francia* fol. 181. hisce verbis: *Queſto é coſtume ordinaria in Francia, non ſolamente nella corona, má in tutte le caſe grandi, che il primogenito heredita ogn coſa, e gli altri hanno ſolamente tanto, ch'egli baſta per viuere ſecondo la qualitá ſua.* II) *Che conſerva la grandezza delli ſtati e richezza delle caſe, che dividendo ſi per teſta, vetriano preſto in niente.* Ita enim diminuuntur nonnumquam familiae, vt alter quidam

dam non indiligens rerum Italicarum obſeruator in libro, cui inſcriptio eſt: *Commentario d'Italia, in Venetia, appreſſo Giovanni Bareletto,* 1569. vix conqueri ſatis poſſit, eſſe in Italia *tanti Marcheſi ſenza Marcheſato, Conti ſenza Contado, Cavaglieri che non hanno ne cavalli, ne ſperoni, ne ſtivali, e nella Lunigiana trenta Marcheſi ad un tratto ſopra d'un ſico per sfamarſi, o due mila conti in un ſol contado molto ſtretto e povero;* prouti referunt ea omnia THOMAS LANSIVS in *oratione contra Italiam*, quae eſt in opere eius *conſultationis de principatu inter prouincias Europae* pag. 722. IOANNES GEORGIVS KEYSLERVS in egregio opere *der neueſten Reyſen*, parte II. pag. 239. et GEORG. HENR. SPRINGSFELDIVS *de apanagiis* cap. 10. n. 6. ſiue, vti auctor disquiſitionis: *Wie ein Fürſtlich Haus zu erhalten?* apud BESOLDVM diſſert. V. ait: *daß ſie zuletzt nicht Grafenſtand, ſondern auch nicht Freyherren oder Edelleute Stand führen können.*

* II. Quam formidoloſae ſint illuſtribus pleriſque iſtae terrarum diuiſiones, et, quae inde oriuntur, familiarum ruinae, viuis ſatis coloribus depingunt leges, pacta, teſtamentaue, quibus ius primogeniturae ſtabilitur, quorum ſyluam attulit IOANNES FRIDERICVS PFEFFINGER in *Vitriario illuſtrato* tom. IV. lib. III. tit. XX. §. 36. p. 165. ſq. §. 40. p. 169. ſq. et illuſtrium familiarum legibus.

* III. Praecipue eleganter et ſatis neruoſe Illuſtriſſimi COMITES ISENBVRGICI in ſtatuto pri- Specialim gen-

tis Iſenburgicae.

primogeniturae d. 25. Febr. 1712. ſe conſideraſſe aiunt: *Wie höchſt ſchädlich und gefährlich es ſey, wenn Land und Leute, Graf- und Herrſchaften durch allzuvielfältige Abtheilungen zerſtückelt und zerſchlitzet werden; abſonderlich aber, was für Unrath, Schaden und Gefahr daraus erwachſen würde, wann die Grafſchaft Iſenburg und Büdingen, ſo nunmehro bereits in ſechs Theilen beſtehet, weiter abgetheilet, oder wohl gar die vier Büdingiſche Theile (Büdingen, Wächtersbach, Meerholtz, und Marienborn) noch ein mehrers zerſchlitzt werden ſollten, allermaſſen dann daraus erfolgen würde, daß die Herren ihren Standesmäſſigen Unterhalt nicht einmahl haben, vielweniger aber der Röm. Kayſerl. Majeſtät, und dem Heil. Röm. Reich, auch Chur- und Fürſten, von denen ſie Lehen tragen, auf den Nothfall und Erfordern, die ſchuldige Dienſte leiſten, noch die Reichs-Creiß- und andere dergleichen Anlagen praeſtiren, oder die Fräuleins - Steuer und Wittums - Gefälle entrichten, noch auch die viele allerſeits über dem Hals habende Creditores befriedigen, am wenigſten aber Kirchen und Schulen, und die armen Unterthanen, wie doch billig ſeyn ſollte, auch die Nothwendigkeit erfordert, conſeruiren, oder beneficiren könnten, einfolglich ihren und ihres uhralten Stammes und Namens Splendor allerdings verlieren, und mit Land und Leuten zu Grund gehen müſten.* LÜNIG *ſpicileg. ſecular.* Part. 2. *Abſatz* 69. §. 33. p. 1647. ſq. Quae omnia eius, de qua hactenus diſſerui, rei intellectum tam clarum

rum ac facilem reddere mihi videntur, vt dubitare non poſſim, quin is, qui ſingula haec momenta rite contemplatur, ius primogeniturae cunctis aliis illuſtrium ſuccedendi modis praelaturus ſit.

§. 5.

Vt ne igitur poſſeſſiones auitae plurium poteſtate contineantur, per ius primogeniturae in primogenitum omnia totius familiae iura transferuntur (§. 3.). Vnde terrae, earumque ſuprema iura, quae ſuperioritatis territorialis nomine inſigniunt ICti, ſoli primogenito cedunt, isque eapropter vniuerſam familiam repraeſentare dicitur. Et quidquid alias vniuerſae cuidam genti, ſingulisque eius membris pari iure futurum fuiſſet, hoc, introducto primogeniturae iure, ſoli primogenito tribuendum eſt.

Primogenitus totam familiam repraeſentat,

* I. Pertinent huc verba teſtamenti a LVDOVICO comite *Sainenſi* et *Wittgenſteinenſi* anno 1593. conditi: - - *Dieweil er* (GEORGIVS filius LVDOVICI primogenitus) *als der älteſte*, familiae dignitatem *repræſentiret*, cet. quae habet IOH. CHRIST. LÜNIGIVS parte II. *ſpicilegii ſecularis*, 43. *Abſatz*, §. 98. p. 1046. ſq. Euolue quoque teſtamentum IOANNIS ALBERTI, ducis *Megapolitani*, anno 1573. d. 22. Octobr. ſcriptum, vbi inter alia §. 5. conſtituit: *Daß gemeldter unſer freundlicher lieber Sohn, Herzog Iohannes, als der ältere, regierender Landesfürſt ſeyn, und zu ſol-*

Quod exemplis demonſtratur.

ſolcher Praerogativ in allen Briefen dieſen Stylum gebrauchen ſolle: Vor uns, und unſern freundlichen lieben Bruder, Hertzog Sigismunden Auguſten, cet. Vide LÜNIGS *Reichsarchiv* contin. 2. *in der Fortſetzung*, 4. *Abtheilung*, 6. *Abſatz*, §. 6. p. 502. ſq. artic. 5.

§. 6.

Quis primogenitus regens? quid linea regens?

Is vero, qui terras auitas cum ſupremae poteſtatis iuribus poſſidet, primogenitus *regens*, pluriumque regentium ſeries, *linea regens* vocatur. Vbi tamen notandum, ſaepe plures vnius familiae lineas primogenitas eſſe, quarum quisque primogenitus terras auitas poſſidet, id quod tum potiſſimum accidit, ſi e. g. primus adquirens terras ſuas inter quatuor filios aequaliter diuidit, et dein eius poſteri ius primogeniturae introducunt.

§. 7.

Poſtgeniti terrarum iuriumque expertes ali debent a primogenito.

Primogenitus ergo regens ſolus terras poſſidet, et quaſi princeps familiae eſt, ceteri terrarum iuriumque ſupremorum nihil habent. Interim vt et hi pro dignitate viuere poſſint, primogenitus regens merito curare debet; ſi quidem contrarium foret fini conſeruandae familiae dignitatis, quando alter abundaret diuitiis, alteri

Digitized by Google

teri adeo res anguſta domi eſſet, vt vix, vnde alatur, habeat.

§. 8.

Quid ſit apanagium?

Quidquid autem primogenitus regens iis e gente ſua, quorum reſpectu eſt primogenitus, ob introductum ius primogeniturae praeſtare debet, vt inde ſuſtententur poſtgeniti, id *apanagium* dicitur. Ii vero, quibus datur apanagium tale, *apanagiati* adpellantur, *abgefundene*, *abgetheilte Herren*. Vide viri illuſtr. Io. Georgii Estoris *ius publicum Haſſiacum* cap. VII. §. 54.

Cur ita definiatur?

* I. Difficillimum profecto definitionis exemplum eſt in apanagio. Genus enim, quod vocant, definitionis neque in *vſufructu* recte ponitur, quia apanagium morte haud exſpirat, ſed in liberos, eosque non primi gradus tantum, verum et in omnes vlteriores deſcendentes transmittitur; neque in *legitima*, quia apanagium non eſt pars hereditatis, ne dicam pars tertia aut ſemis, nec tolli poteſt vniuerſum apanagium, vti poteſt legitima ob iuſtam exheredandi cauſam; neque in *alimentis*, quoniam haec tantum a parentibus, non a fratribus, aliisue cognatis, quos tamen apanagia dare oportet, praeſtantur. Multo minus *fideicommiſſi*, aliaeque iſtius farinae ex iure ciuili depromtae notiones hic quadrant.

Poterat apanagium dici pecunia, aut delibatio hereditatis.

* II. Quodſi tamen iuris Romani vocem definitioni noſtrae inſerere neceſſario nos oporteret, mallem apanagii genus in *pecunia* ponere, quippe quae omne, quod in bonis eſſe poteſt, complectitur, vnde et dos pecunia dicitur, etiamſi pariter apanagium non in pecunia numerata ſolum, ſed in terris, praediis, reditibus quoque conſiſtere queat. Immo, ſi nec hoc placeat, auſim paene eodem iure apanagium *delibationem* hereditatis auitae dicere, quo legatum delibationem hereditatis vocauit FLORENTINVS in lege 116. pr. D. de legatis I.

§. 9.

Quis apanagium petere poſſit, et a quo?

Omnes poſtgeniti, ſiue ex linea primogenita, ſiue ex aliis lineis prognati, apanagium iure petere poſſunt, et ab eo quidem, qui vel reſpectu totius familiae, vel reſpectu certae cuiusdam lineae primogenitus regens eſt (§. 7.).

§. 10.

Apanagium eſt, vbi ius primogeniturae.

Apanagio contentos eſſe oportet eos, qui tamquam poſtgeniti hereditatem auitam adipiſci non poſſunt (§. 5.). Ab hac autem nemo deſcendentium excluditur, niſi introductum ſit ius primogeniturae, quod primogenitos tantum admittit ad bona auita, poſtgenitis apanagium concedit (§ 3. 7.). Hinc apanagium non eſt, niſi adſit ius primo-

mogeniturae; Contra vbicumque viget ius primogeniturae, ibi neceſſaria quoque ſunt apanagia. Vnde, cur vtrumque ius et primogeniturae et apanagii fere vbique pari ambulent paſſu, liquet.

§. 11.

Quum igitur ius primogeniturae in familiam quamdam vel lege vel pactis introducatur; etiam apanagium vel legibus vel pactis originem ſuam debet; et illud quidem *legale*, ſiue *proprium*, hoc *conuentionale* ſiue *improprium* vocatur. Apanagium vel legale vel conuentionale eſt.

* I. Pacta, quibus ius primogeniturae introducitur, maximi omnino momenti ſunt. Nam et hereditatem auitam et omnia familiae iura in primogenitum transferunt, immo et eo ipſo cunctis iuribus ſuis, quae nomine familiae alias habebant, plane renunciant poſtgeniti (§ 3. 5.), ſiue id expreſſe ſiue tacite fiat. Qui enim iuri primogeniturae locum relinquit, omne id, quod inde ſequitur, non poteſt nolle. Grauitas pactorum primogeniturae.

* II. Etſi vero ratione modi vtique diſcrimen reperiatur inter ius primogeniturae apanagiumque legale et conuentionale, ratione effectus tamen haud quidquam intereſt, lege, an pactis initium ceperit ius primogeniturae. Vtrumque enim valet, viget, et omnes, qui ex ea familia oriuntur, ſtringit, donec aboleatur, quod quomodo fieri poſſit, docet perilluſtris IO. VLRICVS Non multum intereſt inter apanagium legale et conuentionale.

de Cramer in egregio *de valida et innalida iuris primogeniturae abolitione* opuſculo.

Capvt secvndvm

docens qvanta soleant esse apanagia.

§. 12.

Variis modis conſtituuntur apanagia.

Qvandoqvidem apanagia eum dantur in finem, vt inde pro dignitate ſua ſuſtententur poſtgeniti (§. 7. 8.); hoc multifariam fieri poteſt, hinc conſtituuntur apanagia vel in aliqua prouinciae parte, ita tamen, vt ſupremis iuribus careant apanagiati (§. 7.), vel in praediis quibusdam, vel in pecunia, vel in reditibus annuis, reliq.

plerumque in reditibus.

* Plerumque apanagium complectitur reditus annuos, ſiue pecuniam ſingulis annis poſtgenito exſoluendam. Hoc vero vt eo commodius, certius et ſecurius fiat, aliquando aut ſortem quamdam, cuius vſurae apanagio pares ſunt, aut praedium, prouinciamque, cuius reditus magnitudinem apanagii exaequant, poſtgenitis adſignare ſolent. Quoniam autem id eum ſolum in finem fit, vt inde ſuſtententur poſtgeniti (§. 7. 8.), omnino intentioni repugnaret, cum prouincia

Digitized by Google

cia poſtgenitis quoque iura ſupremae poteſtatis concedere.

§. 13.

Omnium vero harum rerum magnitudo ſiue quantitas vel lege, vel pacto, vel teſtamento definitur. Atque ita quocumque modo definita iſta apanagii quantitas *certa* vocatur, quae contra *incerta* eſt, ſi a ſolo primogeniti regentis arbitrio dependet. Apanagium vel certum vel incertum eſt;

§. 14.

Vniuerſales autem Germaniae leges ſicuti nullae ſunt, quae legitimam alicuius, praecipue illuſtrium perſonarum, praeſcribant, ita nec apanagii quantitatem iure Germanico definitam reperies. Nulla tamen lege vniuerſali definitum.

§. 15.

Immo quum nulla plane ſit Germanorum legitima, certe nec ii rem acu tangunt, qui apanagium ſecundum legitimae proportionem ſemper conſtituendum eſſe, putant. Tantum enim abeſt, vt legitimae, quae tantumdem cuique fratri tribuit, normam ſequatur primogenitus, vt potius alteri maius, alteri minus, alteri exiguum plane apanagium concedi poſſit poſtgenito. Nec cum legitima nec ſecum inuicem ſemper conueniunt apanagia.

* I. Sic comites Hanouici anno 1691. primogenito maius, poſtgenitis minus apanagium dari iuſſe- Quod probatur

exemplo Hanouico,

iuſſerunt pacto, cuius verba haec ſunt: *Abſonderlich aber ſolle der primogenitus niemalen mehr, als zum höchſten 3000 Reichsthaler, und zwar nur dem älteſten ex ſecundogenitis loco apanagii jährlich verordnen, wegen Verſorgung der übrigen aber jederzeit mit geringen Summen, und ſo disponiren, damit die Einkünfte nicht zu ſehr geſchwächet werden etc.* Conf. viri illuſtr. IO. IACOBI MOSERI differt. *de legitima S. R. I. ſtatuum liberorum*, §. 3. n. 3. 4. p. 8.

et Gothano,

* II. Idem clarius adhuc patet *aus der Fürſtlich-Sachſen-Gothaiſchen Primogenitur-Conſtitution* de anno 1688. d. 6. Febr. §. *Damit aber etc.* vbi legitur: *So begehren wir an unſern geliebten älteſten Sohn und Nachfolgern am Regiment und deſſen jedesmahl älteſten Sohn Succeſſorn, und verordnen* titulo inſtitutionis honorabili, *daß er nur gedachtem unſerm itzigen zweyten Sohn, Printz Iohann Wilhelm*, 8000. *Thaler, ſo wir aus väterlicher Liebe alleine Ihme und ſeiner männlichen Deſcendentz zum beſten verordnet, zu ſeinem jährlichen Deputat überhaupt an baarem Gelde auf die gewöhnlichen Quartale aus der Cammer ohnfehlbar auszahlen, dann auch, da uns Gott noch mehr Printzen beſcheren ſollte, unſerm dritten Sohn* 5000. *Thaler, und vor die übrigen jedem* 4000. *Rthaler, auf gleiche Weiſe jährlich zum Apanagio reichen und abſtatten laſſen ſolle; Unſers jetzigen älteſten Sohns und der übrigen Succeſſorn am Regiment jedesmahligen zweyten Prin-*

Digitized by Google

Printzen aber verordnen wir hiermit zu ſeinem jährlichen Unterhalt 5000. *Thaler, und dann einem jeglichen ihrer übrigen nachgebohrnen Fürſtlichen männlichen Kindern* 4000. *Rthaler.*

* III. Notari tamen meretur Auguſtiſſimi imperatoris CAROLI VI. reſolutio Caeſarea d. 17. Aug. 1719. in puncto confirmationis primogeniturae in familia *Schwartzburg - Sondersbauſen*, cuius verba ſequentia ſatis clare docent, requiſitam ibi fuiſſe aequalitatem aliquam apanagiorum aeque ac legitimae. Decretum enim: *Daß des Herrn Fürſten zu Schwartzburg - Sondersbauſen teſtamentariſche Dispoſition, und abſonderlich die darinn unter ſeinen männlichen Deſcendenten errichtete Primogenitur zu confirmiren ſey, jedoch mit dieſem Zuſatz, nachdem der Herr Fürſt zu Schwartzburg - Sondersbauſen ſeinen beyden Herren Söhnen Fürſt Rudolphen und Fürſt Chriſtian* pro apanagio *über die ausgeſetzte jährliche* 4000. *Rthaler jeglichem noch* 1000. *Rthaler jährlich, mithin* 5000. *Rthaler jährlich zugeleget, daß der Herr Fürſt auch den übrigen drey nachgebohrnen Herren Söhnen, als Fürſt Heinrichen, Fürſt Auguſten, und Fürſt Wilhelmen gleiches Beneficium angedeyen, mithin auch dieſen dreyen ihr Apanagium jeglichem jährlich bis auf* 5000. *Rthlr. erhöhen ſolle.* Vide perilluſtris GEORGII MELCH. DE LVDOLF adpendicem operis *de iure primogeniturae* faſc. 5. p. 166. Aliquando tamen aequalitas apanagiorum requiſita eſt.

Vbi ius primogeniturae, ibi ceſſat legitima.

* IV. Generatim igitur recte adfirmatur, ceſſare legitimam iuris Romani, ſimulac ius primogeniturae alicubi introductum eſt. Nam vbi ius primogeniturae viget, ibi et apanagia ſunt (§. 10.), apanagia vero tollunt legitimam (§. 7. 8. I.); Et ſecundum ius primogeniturae ſolus primogenitus hereditatem auitam, poſtgeniti nullam eius partem nanciſcuntur, ſecundum ius Romanum vero legitima ipſa pars hereditatis auitae eſt. Id quod plurimis argumentis atque illuſtribus exemplis egregie probat vir illuſtr. Io. Iac. Moser l. d. §. 3. p. 3. ſq.

§. 16.

Potius alimentis, quam legitimae conueniunt apanagia.

Magis proinde alimentis, quam legitimae conuenit apanagium in eo, quod quantitas eius aeque atque alimentorum vniuerſali lege nulla definitur. Vnde haud raro expreſſe loco legitimae poſtgenitis alimenta pro dignitate conſtituuntur (*ein ſtandesmäßiger Unterhalt*) in pactis de primogenitura et apanagio agentibus; e. g. in transactione fratrum Friederici Casimiri, et Ioannis Philippi comitum Hanouiae de anno 1652. vbi verba: - - *die nachgebohrne oder jedesmahl, nach Beſchaffenheit der Zeiten ihrem Stande gemäß, mit gewiſſen Alimentations-Mitteln, an ſtatt ihrer Erbpflichttheil, zu Latein* legitima *genannt, ausgewieſen und verſehen werden.* Illuſtr. Moser. l. d. pag. 7.

§. 17.

§. 17.

Etſi vero leges Germaniae vniuerſales tacent de apanagii quantitate, nil frequentius tamen eſt, quam vt legibus certae prouinciae, ſeu familiae praeſcriptis ſpecialibus adcurate definiatur, quid, quantumque apanagii nomine poſtgenitis praeſtandum ſit. Quae leges ſpeciales, generatim *leges familiae* dictae, ſunt normae ſingulae cuique illuſtri familiae ab eius principe quodam praeſcriptae, ſecundum quam familiae iſtius controuerſiae particulares ſunt diiudicandae. Quorſum pertinent potiſſimum teſtamenta, pacta et ſtatuta familiarum.

Legibus ſpecialibus ſaepe definiuntur apanagia.

* Sunt quidem leges quaedam, quae ius primogeniturae apanagiumque introducunt, publicae et vniuerſales, nimirum ſanctio imperatoris CAROLI IV. aurea bulla dicta, quae capite VII. electoribus ordinem ſuccedendi ſecundum primogenituram praefinit, et inſtrumentum pacis Weſtphalicae atque Receſſus imperii de anno 1654. vbi Haſſiae primogenitura ſtabilitur. Sed quantum cuique tribuendum ſit apanagium, fruſtra ibi quaeritur.

Quod ſecus eſt in legibus Germaniae vniuerſalibus.

§. 18.

Inter leges familiae primum locum tenent teſtamenta, quae ſaepiſſime quantitatem apanagii praeſcribunt. Sic in Gotha-

Praecipue apanagia

definiuntur teſtamentis.

thana, Iſenacenſi, Brunſuicenſi, Mecklenburgica, multisque aliis familiis illuſtribus apanagia definita ſunt teſtamentis, quae pleraque, ſi non omnia, exhibet Georg. Melch. de Lvdolf in adpendice operis egregii *de introductione iuris primogeniturae*.

§. 19.

Quae vel liberos tantum, vel omnes poſteros ſtringunt.

Notandum tamen, teſtamento vel vniuerſam familiam, vel primos tantum teſtantis liberos obligari. Saepe enim pater ſuis tantum filiis apanagium praeſcribit teſtamento, quod ceteros poſteros minime ſtringit. Ita e. c. expreſſe ſuos tantum filios, non vlteriores poſteros, praeſcriptum apanagium conſequi iubet Dux Iſenacenſis Ioannes Georgivs teſtamento d. 30. Nov. 1685. condito, verbis ſequentibus: *So iſt doch nicht unſere Meynung, daß unſers ältern Sohns Lbd. bey dero künftigen männlichen Leibes-Erben, und da ſie Gott mit mehr als einem Sohne ſegnen würde, an ſolches Quantum des Apanagii unter ihrer männlichen Poſterität gebunden, ſondern befugt ſeyn ſollen, daſſelbe auf zuvor gepflogene Berathſchlagung mit der Landſchaft, nach Billigkeit zu moderiren und einzurichten.* Contra aliquando apanagium etiam expreſſe deſcendentibus poſtgenitorum conſtituitur, vti e. g. reperi-

peritur *in der Fürſtlich Sachſen-Gothaiſchen Primogenitur-Conſtitution* de anno 1688. d. 6. Febr verbis, quae ſupra retulimus (§. 15. II.) *ihm und ſeiner männlichen Deſcendenz zum beſten.*

§. 20.

Quanticumque autem valoris ſint teſtamenta, eaque praecipue, quibus filiis ſuis pater legem fert, tamen ego hanc teſtamento apanagium conſtituendi rationem non ſuaſerim, ſi alio modo id fieri poteſt. Simulatque enim teſtamenti modo vox exauditur, ibi legitimam ſuorum heredum inſtitutionem, ſiue nominatim ob iuſtam cauſam factam exheredationem quaerunt, aut querelam inofficioſi, nullitatis, actionemue, quam vocant, expletoriam concedunt, atque omnes iuris Romani apices obſeruari debere putant plerique. Vnde non raro, quantumuis firma habita, teſtamenta poſtgenitorum conatibus impugnantur, iudicisque Romanorum deliciis imbuti fauore deſtruuntur. Non tamen omnino ſuadenda ſunt teſtamenta.

§. 21.

Longe igitur teſtamentis praefero pacta familiae, quae, quum plane ea ignoret ius Romanum, non facile ſub praetextu legitimae, aliorumue eius iuris requiſitorum Sed praeferenda iis pacta familiae.

Digitized by Google

torum deſtruere licet, praeſertim quum, ipſo omnium, quorum intereſt, conſenſu ac ſubſcriptione firmata eſſe ſolent talia pacta, quae propterea ex ſola iuris Germanici conſtitutione, vbi firmiſſima ſunt pacta, diiudicare oportet. Talibus vero pactis pleraeque, etiam quod ad apanagia pertinet, et aliquando praeter teſtamenta, reguntur Germaniae gentes, vti de familia Guelfica ſeu Brunſuicenſi, Anhaltina Serueſtana, Waldeccenſi, plurimisque aliis itidem videre licet in *adpendice* laudati libri, quem Georg. Melch. de Lvdolf *de introductione iuris primogeniturae* ſcripſit.

§. 22.

et ſtatuta familiarum illuſtrium.

Conueniunt iſtis pactis ſtatuta, quae aliquando primogeniturae atque apanagiorum cauſſa in certis familiis conduntur a primogenito regente, adhibitis tamen plerumque et poſtgenitis et ſtatibus prouinciae. Quorum etiam exempla haud deſunt apud Georg. Melch. de Lvdolf l. d. ex quibus vel ſolum Iſenburgicae familiae adferre iuuat.

§. 23.

Quid ſit incertum apa-

Incertum autem eſt apanagium, ſi quando ſoli primogeniti regentis arbitrio,

quid

quid poſtgenitis dare velit, relinquitur (§. 13.). Quod tamen arbitrium ita ſe habere debet, vt neque dignitati poſtgenitorum, neque ſimul ſplendori familiae detrimento ſit (§. 4. 7.). Vnde aliquando praeter primogeniti voluntatem etiam arbitrium iudicis ſeu boni cuiusdam viri requiritur, vt pro familiae dignitate, quid poſtgenitis alimenti apanagiiue loco praeſtandum ſit, rite iudicetur.

nagium, et a quo illud conſtituatur?

* Optime haec illuſtrat pactum, cuius iam ſupra (§. 15. I.) memini, comitum Hanouicorum de anno 1691. hisce verbis: *Die nachgebohrne junge Herren und Grafen zu Hanau aber in einer Linie, wie in der andern, mit den Regierungen und Land und Leuten nichts zu thun haben, ſondern mit gewiſſen Apanagiis, ſo wie es der Grafſchaft Vermögen und Zuſtand um eine ſolche Zeit zulaſſen, und es der regierende Herr von ein- und dem andern Stamm, nechſt Zuziehung ſeiner vornehmſten Räthe, diſponiren wird, verſorget werden ſollen.* Conf. illuſtr. MOSER diſſ. *de legitima ſtatuum imperii* §. 3 n. 3 p. 7. ſq. Quibus congruit confirmatio ſtatuti iuris primogeniturae Haſſo-Caſſelani de anno 1628. vbi inſeritur: *Doch mit dieſer Beſcheidenheit, daß ſolcher des* juris primogeniturae *fähiger Fürſt die andere Fürſten nach billigen Dingen und Ermeſſung des Erſtgebohrnen, mit Zuziehung Ritter- und Landſchaft, und wie es bey andern Fürſtlichen Häuſern im*

Heil.

Heil. Reich, ſo das Recht der Erſtgeburth haben, gebräuchlich iſt, ablege und ſich mit denſelben abfinde. Compara quoque confirmationem iuris primogeniturae in familia comitum, modo principum Friſiae orientalis, de anno 1595. et iuris primogeniturae Haſſo-Darmſtadini de anno 1608. apud eumdem illuſtr. Moservm l. d. p. 14.

§. 24.

Incerta apanagia rite computanda ſunt, deductis antea primogeniti oneribus.

Quodſi apanagium nec lege, nec teſtamento, nec pacto definitum eſt, ſiue definitum quidem, ſed non in ſumma quadam, e. g. in quarta redituum parte, cet. tum opus eſt, vt apanagii quantitas arbitrio primogeniti, aut bonorum virorum conſilio definienda rite computetur. Prius vero quam id fiat, deducendum omne id, quod primogenitum regentem ob poſſeſſionem terrarum auitarum, qua primogenitum, exſoluere oportet, veluti praecipue aes alienum, quia, niſi eo deducto, bona non intelliguntur. Praeterea deducenda quoque omnia ſalaria, dotalitia, dotes, alimenta, ceteraque, quae primogenito incumbunt, onera.

§. 25.

Dein computantur tantum reditus primoge-

In ipſa computatione apanagii prima haec eſt regula: vt computentur dumtaxat reditus, non ipſa bona, ipſaeue terrae. Hae enim ſoli primogenito integrae cedunt

dunt (§. 5.), et apanagiati tantum, quantum ad dignitatem ſuam tuendam ſufficit, petere poſſunt (§. 7.). Reditus vero ii tantum computantur, qui ex terris, quas primogenitus poſſidet, redundant. Si qua enim in familia plures lineae regentes ſunt (§. 6.), is, qui certae cuiusdam lineae primogenitus eſt, eiusdem lineae poſtgenitis pro rata tantum ſuarum poſſeſſionum ſuorumque redituum, non pro rata vniuerſae familiae bonorum, apanagia dare debet (§. 9.).

niti, non ipſae terrae.

§. 26.

Reditu-um certa pars apanagii loco conſtituitur.

Dein computatis reditibus, iisque, qui incerti nec ſingulis aequales ſunt, ex aliquorum annorum collatione circiter definitis, eorum redituum certa quaedam portio poſtgenitis apanagii loco adſignari ſolet. Maxima vero tum in eo haeret difficultas, quota redituum pars in apanagium concedenda ſit.

§. 27.

In dubio tutius eſt, legitimae proportionem circiter ſequi.

Quodſi lege, pacto, vel teſtamento quota iſta praefinita, e. g. vt redituum quarta pars apanagium efficiat, ceſſat quidem ea difficultas. At ſi nihil tale definitum exſtat, vix cuique et primogenito et apanagiato quis ſatisfacere poterit. Enimuero hoc caſu, etſi alias legitima tamquam nor-

norma apanagii non praeſcribi poſſit (§. 15.), ſecurius tamen ii, quorum eſt definire apanagii quantitatem, legitimae proportionem quodammodo ſequuntur, ne vel minima conquerendi materia relinquatur poſtgenitis, quippe qui ne iure ciuili quidem plus legitima petere poſſunt. In eo vero haec conſiſtit legitimae proportio, vt, quanta poſtgeniti cuiusque foret legitima, ſi reditus deductis deducendis (§. 24.), loco maſſae hereditatis foret (§. 25.); tantum cuique poſtgenito circiter detur apanagium.

Regulae computandae legitimae.

* I. Legitimae eruendae regulis merito hic ſuperſedemus, quum vel tirones haud lateat, primum ſuam cuiusque ab inteſtato portionem, dein huius pro numero liberorum quaterno aut minore tertiam partem, quino aut maiore ſemiſſem inueſtigari debere.

Ordinarie apanagia cuncta quartam redituum partem excedere non debent.

* II. Solet quidem poſtgenitis modo minus, modo maius apanagium dari. Hoc tamen ex plerisque pactis teſtamentisque perſpexi, omnium apanagiorum ſummam non ſuperare ſolere quartam redituum partem. Vti prudentiſſime Ernestus Lvdovicvs dux Meiningenſis teſtamento ſuo d. 26. Febr. 1711. ſanxit: *daß ſothane Apanagia insgeſamt den vierten Theil der geſammten Revenüen des regierenden Herren nicht übertreffen ſollen.* Vnde et hoc praecepti loco poni poteſt, omnium

omnium vnius familiae apanagiorum ſummam vltra redituum quartam extendi non debere.

§. 28.

Computatio apanagii illuſtratur exemplo Numburgenſi.

Quemadmodum autem hoc computationis argumentum vix intelligi poteſt, niſi exemplo ſpeciali eius, ſi qua adeſt, obſcuritas diſcutiatur; ita omnia haec teſtamentum quoddam MAVRITII, ducis Saxo-Numburgenſis, anno 1681. conditum adeo illuſtrat, vt vel ex eo ſolo omnes computandi apanagii regulae ediſci queant. Verba eius, quae huc pertinent, haec ſunt: *So viel aber zum andern die Verſorgung unſerer andern Fürſtlichen Söhne belanget, wollen und ordnen wir, daß zu Unterhaltung oder ſo genannter Apanage vor unſere zwey jüngere Söhne oder dero Nachkommen, oder auch des, oder deren, ſo uns Gott noch beſcheren möchte, der vierte Theil des Ertrags unſerer Lande nach gewiſſem hiernechſt bemeldtem Abzug, ausgeſetzet und angewendet werden ſoll.* Qui modus computandi dein ſequentibus verbis ſpecialiſſime praeſcribitur: *Es ſollen unſere zur Zeit unſers Abſterbens in Dienſt und Pflichten ſtehende geheime und andere Räthe, die wir zu unſeren Cammerſachen beſtellet, und unſer älteſter Sohn in Dienſten zu behalten hat, den Ertrag unſerer Cammer und aller Aemter und Güter, eingeſchloſſen, was jure poſtulationis*

beſeſſen wird, und unſerm älteſten Sohn als Universal-Erben auch zukommt, wie auch, was aus Steuern und andern Extraordinariis ihm gebühret, in einen Ueberſchlag und Extract bringen, was gewiß und beſtändig iſt, für gewiß und beſtändig anſetzen; das ſteigende und fallende aber an Gelde aus drey nechſt vorhergehenden und juſtificirten Cammer- und Amtsrechnungen verglichen und proportioniret, wie auch Viehe und Getreyde, Wein, Holtz und dergleichen, ſo wir in natura genoſſen, und in keinen Geldanſchlag zur Einnahme gekommen, nach deren Preis aus dreyjähriger Rechnung peraequiret, angeſchlagen, aber doch alle Frohnen, wie auch die Wildprets-Nutzung, desgleichen die Caduca übergeben, ſodann die Amtsbeſoldung und andere zu Einbringung und Erhebung der Nutzungen, Adminiſtration der Amtsgerichte und Abſtattung der Amtsonerum, in Amtsrechnungen übliche Ausgeben (doch daß dabey keine Beſoldungen der Adelichen Amtshauptleute, ſondern nur der Iuſtitz-und Rechnungsbeamten in Calculum kommen,) abziehen - - mit gleichmäßiger Richtigkeit ſollen ſie auch alle unſere activ- and paſſiv-Schulden, Verſchreibungen und Vermächtniſſe aus den Cammerrechnungen und Documenten angeben, von jenen den Zins in die Einnahme, von dieſen aber in die Ausgabe des Hauptextracts über unſere verlaſſende Intraden bringen, desgleichen die Witthumsonera abziehen;

hen; Endlich auch wenn wir nach Gottes Willen noch eine oder mehr Töchter unausgeſtattet hinterlaſſen würden, vor jeder Unterhalt jährlich achthundert Gulden rechnen, ſolches alles von dem Ertrag des Landes defalciren, und den überbleibenden vierten Theil zum Quanto des Fürſtlichen Unterhalts oder Apanage für unſere beyde jetzige und künftige jüngere Söhne anſetzen -- und behält hingegen der älteſte und regierende Herr, nachdem die Amtsbeſoldungen und Ausgaben, auch Onera in vorgemeldtem Extract abgezogen, und ihm alſo zu gut gangen, alle andere Ausgaben der Beſoldung für die Räthe bey allen Collegiis, auch alle ſeine Hof- und Jagdbedienten. Adi illuſtr. MOSERVM *de legitima* §. 43. p. 52.

CAPVT TERTIVM

DE

AVGENDO APANAGIO GENERATIM ET SPECIATIM DE MODO AVGENDORVM PRIMOGENITI REDITVVM.

§. 29.

APANAGIVM ſemel rite conſtitutum mutare non licet, niſi iuſta id ſuadeat cauſſa. Simulatque enim vel lex, vel teſta- Quando mutari poſſit apanagium?

ſtamentum, vel pactum apanagium certum praefiniuit, vel, inter primogenitum et apanagiatum, de certa eius ſumma conuenit (§. 17.); vtrique ius quaeſitum naſcitur, ita, vt neque primogenitus apanagium diminuendi, neque apanagiatus, vt augeatur illud, poſtulandi ius ſibi vindicare poſſit. Vtrumque tamen, ſi qua iuſta cauſſa adeſt, fieri, quid? quod vel inuito altero accidere poteſt.

§. 30.

Vltro et augeri et imminui poteſt.

Vti eum, qui ſe ſua in poſtgenitos liberalitate ſpectabilem facere vult, nullae leges impediunt, quo minus eorum apanagia augeat, ita nemo facile dubitauerit, quin et volentibus poſtgenitis apanagia imminui queant, ſiquidem nec liberaliorem eſſe, nec ſuo iuri renunciare, quemdam leges vetant. Et augere quidem primogenitus poteſt apanagium vel ſimpliciter et pure, vel addita poſtgenitis conditione quadam e. gr. vitae caelibis. Ita Henricvs Haſſiae Landgrauius, cum fratre ſuo Hermanno de non ineundo matrimonio pactus, ei ſatisfeciſſe fertur *mit einer ſtattlichen Vermehrung ſeines Unterhalts*, Nicol. Betsivs *de pactis familiarum illuſtrium* p. 245.

§. 31.

Nobis vero non de tali voluntario quodam apanagii incremento ſermo eſt, ſed de eo, quod apanagiatus vel inuito primogenito iure poſtulat. Hoc autem tum potiſſimum accidit, ſi quo caſu fortuito augentur reditus primogeniti, quatenus hic vniuerſam familiam repraeſentat.

Aliquando inuito altero apanagium augendum eſt;

§. 32.

Quum itaque fortuitum redituum incrementum eſſe debeat, facile intelligitur, ea omnia potiſſimum huc pertinere, quae hereditatis iure adduntur primogeniti reditibus. Quaecumque vero propria primogeniti induſtria propriisue illius ſumtibus adquiruntur, neutiquam apanagiatis emolumento eſſe poſſunt, ſiquidem ita ſua ſibi induſtria detrimento foret primogenito, ſi e. g. ſingulari parſimonia oppignorata domania reluerit, cet. Vnde expreſſe Dux Iſenacenſis Ioannes Georgivs teſtamento ſuo d. 30. Nou. 1685. conſtituit: *Wie dann hingegen, und da der Primogenitus ein oder ander Stück wiederum ein und an ſich löſen würde, alsdenn daſſelbe ihm und ſeinem männlichen Deſcendenten, jedoch allezeit dem regierenden Herrn alleine zu gute gehen, und die Deputaten dadurch nicht erhöhet werden ſollen.*

Auctis ſcil. fortuito caſu primogeniti reditibus.

Digitized by Google

§. 33.

Quatenus ille vniuerſam familiam repraeſentat.

Dein reditus primogeniti eo intuitu aucti fuerint, neceſſe eſt, quatenus vniuerſam familiam repraeſentat, et quatenus omnium poſtgenitorum iura in eum translata ſunt, adeo, vt et ceteris eius familiae membris alias aucti fuiſſent reditus, niſi ius primogeniturae vigeret. Quodſi enim incrementum fortuitum accidat non reſpectu totius familiae, ſed ratione ſolius primogeniti eiusque perſonae, in illo nihil iuris ſibi vindicare potuiſſent poſtgeniti, hinc vt apanagium augeatur contendere non poſſunt.

Non ſi ratione ſolius perſonae primogeniti reditus augentur.

* Fingas e. g. primogenito cuidam legari ab altero inſignes terras, et augeri hoc modo haud parum eius reditus. Sane ideo nihil emolumenti capient poſtgeniti, quia non vniuerſae familiae, ſiue illam repraeſentanti primogenito, ſed ſoli huius perſonae facta eſt acceſſio illa. Idem euenit, ſi forſan locupletiſſimam vxorem ducens primogenitus nuptiis hisce reditus ſuos auget. Nam et nuptiae hae ſolam primogeniti perſonam reſpiciunt.

§. 34.

Quot modis fortuito caſu reditus augeri ſoleant?

Vniuerſae autem familiae vel primogenito, quatenus eam repraeſentat, variis modis fortuita redituum obtingere poſſunt incrementa, licet omnia fere ex iure hereditario proficiſcantur. Nimirum augentur ita

ita reditus, I.) ſi noua extra familiam huic obuenit hereditas, II.) ſi diuerſarum familiarum vnius gentis terrae, altera ſtirpe exſtincta, in altera coaleſcunt, III.) ſi poſtgenitorum emortuorum apanagia redeunt ad primogenitum, IV.) ſi feuda, exſtincta vaſallorum ſtirpe, in dominium directum recidunt, et in domanio remanent, V.) ſi aes alienum familiae forte exſtinguitur.

§. 35.

Auctis reditibus augeri apanagia volunt poſtgeniti.

Enimuero quemadmodum alimenta ſolent augeri, ſi quid patrimonio acceſſit; deminui, ſi ad egeſtatem pupillus perductus eſt, L. 3. §. 6. D. *vbi pupillus educari vel morari debeat;* ita, auctis primogeniti reditibus, ſtatim vt apanagia ſua, quae inſtar alimentorum ſunt (§. 16.), augeantur quoque, exigunt apanagiati. Quod quum primogeniti plerumque ſe debere negent, innumerae inde oriuntur lites, controuerſiae et difficultates, quas vix leges familiae accurate ſatis praecidere poſſunt.

§. 36.

Vnde plurimae lites, quae nec familiae legibus

Non deſunt quidem pacta, teſtamenta aliaeque familiarum illuſtrium leges, quae de augendo apanagio auctis primogeniti reditibus quidquam ſtatuunt, ſed ne-

ſatis deciſae. que eae leges inter ſe inuicem conueniunt, neque ſingulae ſemper adeo clarae ac perſpicuae ſunt, vt nullus controuerſiis locus relinquatur. Iuuabit igitur ante omnia has familiarum leges, quanta id fieri poterit, cura expendere, partim, vt earum verba rite explicare liceat, partim, vt, quae diximus, dicemusque, illuſtremus, partim, vt id, quod plerumque fit, inde eliciamus, et loco regulae inductionis iure ſtatuamus.

CAPVT QVARTVM
VARIAS DE AVGENDO APANAGIO ILLVSTRIVM FAMILIARVM LEGES EXHIBENS.

§. 37.

Vnica lex familiae Meiningenſis augeri apanagia plane vetat.

IN iis familiae legibus, quae generatim de reditibus primogeniti regentis quocumque modo auctis aliquid ſtatuunt, vel vnicum dumtaxat inueni exemplum, quod omne prorſus apanagii incrementum denegет poſtgenitis. Eſt illud ERNESTI LVDOVICI, ducis *Meiningenſis*, teſtamentum die 26. Febr. 1721. factum, vbi inter alia legitur: *Als haben ſich ſowohl jetzige,*

ge, als künftige Apanagiati mit dieſem ihnen von uns wohlbedächtlich und nach unſerm Fürſtväterlichen Gewiſſen zugetheilten und aſſignirten Quanto völlig zu vergnügen, und ſich eines mehrern weder bey der Landes-Regierung, noch bey den Cammereinkünften und Intraden der Aemter, es mögen auch die Mutationes, Sterbfälle, Erbgänge und Anfälle künftighin geſchehen, ſich ereignen, und an unſer Fürſtlich-Coburg-Meiningiſches Haus kommen, wie ſie wollen, nichts davon ausgeſchloſſen, im geringſten nichts anzumaſſen.

§. 38.

Contra et ex altera parte vix vnico plura reperies exempla, vbi poſtgenitis, quod ad nouas hereditates futuras attinet, eadem iura ac primogenito concedantur. Vnicum tale ego obſeruaui in teſtamento, quod LVDOVICVS ſenior comes *Witgenſteinenſis* d. 19. Maii anno 1593. condidit, verbis ſequentibus: *Wann aber durch Erledigung, Leben-Sterben-oder andere Beyfäll, wie dieſelbige Namen haben mögen, an Land und Leuten, beweglich und unbeweglich, zu unſern Graf-und Herrſchaften ferner*

Vnica quoque Witgenſteinenſis poſtgenitis eadem iura ac primogenito tribuit.

ner ichtwas kommen und zufallen würde, ſo wir jetzt nicht in Händen, nach in Anſprach haben, oder in Rechtfertiguug ſtehet, an dem allen ſoll den nicht regierenden hiermit nichts benommen, ſondern einem jeden ſeine rechtmäßige Anforderung und gebührender Zutritt ausdrücklich vorbehalten ſeyn.

§. 39.

Vt plurimum apanagia augeri ſolent auctis reditibus.

Pleraeque tamen familiarum leges, quae de auctis primogeniti reditibus praecipiunt, poſtgenitis etiam apanagium augeri iubent, licet diuerſiſſimis in quaque familia modis id fiat. Praeterquam enim, quod aliud pactum generatim de quibuscumque redituum acceſſionibus, aliud de noua tantum hereditate, aliud de apanagiis feudisue recidentibus, aliud demum de exſtincto aere alieno loquitur (§. 34.), differunt quoque modi, quibus apanagium augeri debeat. Sunt enim familiae leges, quae apanagii incrementum in numerata pecunia; ſunt, quae in certa quadam regione: ſunt, quae in aliis rebus conſiſtere, volunt.

§. 40.

Certus tamen modus augendi

Certus augendi apanagii modus paucis pactis definitur. Quid? quod vix illud fieri poteſt, niſi, quanta redituum futura ſit acceſſio,

ceſſio, certo praeuideri queat. Poſſet enim, vti ſumma rerum futurarum nobis incertitudo eſt, accidere adiectio quaedam redituum ſatis exigua, quam maiorem fore credideras, et viciſſim inſigne incrementum, quod paruulum ſuſpicabaris. Et vtrobique profecto alteruter laedetur, ſi generatim certum apanagii augendi modum certamque ſummam praefinieris, veluti 1000. — apanagii raro definitur.

§. 41.

Raro igitur contingit, vt certus modus augendi apanagii definiatur, niſi certa quoque redituum acceſſio, eaque ſola, reſpiciatur. Ita e. c. ſolum hoc incrementum, ſi terrae Zellenſes addantur Calembergenſibus, ante oculos habuit GEORGIVS, dux Brunſuicenſis in §. 15. teſtamenti ſui d. 20. Martii anni 1641. vbi intuitu illius redituum adiectionis certum quoque apanagii augendi modum praeſcripſit hisce verbis: *Darneben ſolle der oder die, welche von unſern Söhnen zur Regierung durch Gottes gnädigen Willen gelangen werden, gehalten ſeyn, denen übrigen ihren Fürſtlichen Unterhalt die Zeit ihres Lebens zu ſchaffen, und ſo lange etwa das Fürſtenthum Calemberg bey unſerm Sohn Chriſtian Ludwig allein ſeyn wird, derſelbe einem jeglichen jährlich* 4000. *Rtha-* — Niſi certa ſit redituum nouorum acceſſio. — Vti docet exemplum Brunſui cenſe.

Rthaler, wann aber das Fürſtenthum Zelle dazu kommen ſollte, beyde regierende Herren den übrigen beyden Brüdern ingeſamt 20000. *und alſo einem jeden Bruder abſonderlich* 10000. *Rthaler -- zahlen und erlegen laſſen.*

§. 42.

et Waldeccenſe. Simile exemplum in pacto mutuo CHRISTIANI LVDOVICI comitis, et GEORGII FRIDERICI principis Waldeccenſis de 5. et 7. Iul. 1687. inueni, vbi in eum euentum, quando coaleſcant iterum terrae Waldeccenſes et Pyrmontanae, augetur apanagium quingentis imperialibus, vti patet ex ſequentibus eius pacti verbis -- *Gleich wir auch hiermit ſtatuirt und verordnet haben wollen, daß, wofern der in den pactis exprimirte Conſolidationsfall der gantzen Grafſchaft Waldeck ſamt der Grafſchaft Pyrmont über kurtz oder lang ſich zutragen, und deme folglich einer von unſern geliebten Söhnen* vi iuris primogeniturae *in ſolchen conſolidirten Landen allein ſuccediren mögte, ſelbiger gehalten ſolle ſeyn, alsdann das Deputat der - - - Rthaler mit noch* 500. *Rthaler zu erhöhen.*

§. 43.

Nonnunquam Aliquando etiam apanagium augetur certa terrarum portione ſeu regione quadam

dam, ſed ſine ſupremae poteſtatis iuribus (§. 12. I.). Sic e. g. IOANNES ALBERTVS, dux Megapolitanus, eum in caſum, ſi fratribus mortuis terrae Meclenburgicae rurſus coniungerentur (§. 34. II.), teſtamento d. 22. Octobr. 1573. filio ſuo natu minori ad augendum apanagium deſtinauit terras quaſdam, vti docet teſtamenti iſtius §. 12. *Sollte ſich auch nach Gottes Schickung der Fall dermaſſen zutragen, daß unſer freundlicher lieber Bruder, Hertzog Ulrich, ſeiner Liebden Gemahlin, oder auch unſere beyde andere freundliche liebe Brüder, Hertzog Chriſtoffer und Hertzog Carl, vor oder nach unſerm Tode verſtürben, und alſo alle die Lande und Herrſchaften zu Mecklenburg auf unſere Linie und Stamm alleine fallen, ſo wollen wir doch nicht, daß dieſelbige zwiſchen unſern beyden lieben Söhnen getheilet, ſondern unſer älteſter Sohn, Hertzog Iohannes - - darinn alleinſuccediren, herrſchen, regieren und erben, aber mehrgenannten unſern jüngſten Sohn* einmahl *ſo viel an Aemtern und Einkommen*, *auch Iahrgeld aus der Cammer, den Häuſern, Aemtern und Städten, ſo bey unſers jüngſten Sohns allbereit verordneten Aemtern gelegen, mit obberührter Maaß und Vorbehalt*, (ſcilicet *der Landesfürſtlichen Hoheit, Obrigkeit und Herrſchung*, quip-

augetur apanagium terra quadam, veluti in familia Meclenburgica.

pe

pe quae paullo ante §. 10. ſoli primogenito expreſſe reſeruata erat,) *abtreten und einräumen ſoll, als ihm Hertzog Sigismunden Auguſten allbereit vermacht und ausgeſetzt iſt.*

§. 44.

Aliquando quarta nouorum redituum parte.

Deinde nec hoc rarum eſt, vt apanagium certa quadam e. gr. quarta parte redituum primogenito obuenientium augeatur, vti patet ex verbis teſtamenti IOANNIS GEORGII ducis *Iſenacenſis* d. 30. Nou. 1685. ſcripti ſequentibus: *Wann auch durch Gottes Schickung ein Fall ſich begebe, wodurch unſere Fürſtliche Linien an Land und Leuten durch Erbgangs-Anwartungs- und dergleichen Recht etwas zuwachſen ſollte, ſo wollen und verordnen wir hiermit, daß alsdann ſolcher Anfall unſerm ältern Sohn und jedesmahligen regierenden Herren unſerer Linie gantz und allein verbleiben, er aber hingegen ſchuldig ſeyn ſoll, den Apanagiatis ihr Deputat* mit dem vierten Theil der Intraden ſolchen Anfalls *nach dem Anſchlag* de 1572. *zu vermehren.*

Exemplum Iſenacenſe.

§. 45.

Exemplum Haſſiacum.

Eadem quarta pars ceu apanagii incrementum principibus Haſſiacis poſtgenitis, ſi quando feuda aperta penes dominum directum

rectum remanent (§. 34. IIII.), conceſſa eſt *in der brüderlichen Heſſiſchen Vergleichung vom* 1. *Sept.* 1628. vbi cautum legitur: *Wann einig Lehen, ſo die Fürſtlich-Heſſen-Caſſeliſche Linie zu verlehnen hat, eröfnet, und von dem regierenden Herrn, deme dann die Verlehnung aller ſolcher Lehne allein verbleibet, nicht wiederum zu Conſervir- und Erhaltung der Ritterdienſte und andern Lehngebührnis dem gantzen Fürſtlichen Hauſe Heſſen zu gut einem andern conferirt, ſondern zum Cammergut eingezogen werden ſollte, daß alsdann den jüngern Herren Gebrüdern, und ihren Manns-Leibs-Lehns-Erben davon der vierte Theil erfolget und gelaſſen werden ſoll.*

§. 46.

Porro in aliis quibusdam illuſtribus familiis apanagium quidem augendum eſſe, ſtatutum, verum modus augendi iſtius apanagii non praefinitus, ſed arbitrio primogeniti, aliorumue bonorum hominum relictus eſt. Solius primogeniti arbitrio ac liberae voluntati in ſingulari illo caſu, ſi familia aere alieno forte liberata fuerit (§. 34. V.), comprehenſis tamen et aliis redituum acceſſionibus, vtrum augere apanagia velit, nec ne, relictum eſſe animaduerti in pacto fratrum HENRICI iunioris et GVILIELMI ducum Brunſuicenſium de d. 16. Novemb. 1535.

Aliquando modus augendi arbitrio primogeniti relinquitur.

Exemplum Brunſuicenſe.

1535. cuius haec in aliis ſunt verba: *Hergegen ſollen und wollen wir, ehegemeldter Hertzog Heinrich und unſer Erben, und Hertzog Wilhelm und unſer Erben, für unſer Fürſtlich Unterhaltung, nachdem itzo das Fürſtenthum mit merklichen viel wichtigen Schulden -- beſchwert iſt, und zur itzigen Gelegenheit nicht wohl mehr ertragen kann, alle Iar 2000. landwerige Gulden -- zurechnen und zubezahlen. -- Iedoch wo ſich zutrüge, daß unſers Bruders und ſeiner Lieb Erben Sachen ſich beſſern, und das Fürſtenthum aus obliegenden Schulden erlediget,* oder ſich mehren *würde, ſo ſoll es in unſerm Hertzog Heinrichs und unſer Erben* Wohlgefallen *ſtehen, Hertzog Wilhelm oder ſeinen Erben obberührte Unterhaltung zu mehren und zu beſſern; Doch wollen wir Hertzog Heinrich und unſer Erben dazu* unverhaft und unverbunden *ſeyn.*

§. 47.

Aliquando laudo bonorum virorum committitur.

Laudo duorum rerum eius familiae peritorum committitur modus apanagii, tunc demum augendi, ſi ſaltim duobus mille imperialibus augerentur reditus primogeniti, in ſtatuto primogeniturae Honenloicae, ſpeciatim lineae *Weickersheimenſis* de d. 8. Iun. 1717. vbi ſtatuitur: *Wie*

Wie denn auch auf den Fall, da ein anſehnlicher Erb- oder Heimfall, vel aliud adquiſitum *an unbeweglichen Gütern ſich ereignete und dadurch die Einkünfte des regierenden Grafen zu Hohenlohe-Weickersheim um ein merkliches, und zwar vor den Antheil unſerer Linie* wenigſtens mit 2000. Rthlr. an Revenüen vergröſſert *und vermehret, gleichwohl aber der Apanagirten Grafen* nicht über vier *ſeyn würden, das* Apanagium *und die Deputatgelder* der Billigkeit nach *augiret und erhöhet, auch zu Determinirung eines billigmäßigen Quanti* in zwo unſerer Herrſchaft *und ſolcher Acceſſion Gefælle und Einkünfte* wohlkündigen Standesperſonen *comprominittirt und deren* Laudo *parirt werden -- ſoll.* Exemplum Hohenloicum.

§. 48.

Eodem quoque modo patris, tutorum agnatorumue arbitrium in definiendo augendoque apanagio requirit, et praeterea egregia multa habet *ſtatutum primogeniturae* ISENBVRGICVM d. 25. Febr. 1712, vbi praeter alia, quae iam ſupra me adferre memini (§. 4. III.), ea de re ſtatuitur: *Daß -- jederzeit der ältere, wenn er der Regierung fähig, und ſich damit beladen will, allein der regierende Herr unſerer jeder Antheils* Exemplum Iſenburgicum.

oder zugetheilten particulier Stammtheils ſeyn und bleiben, die übrigen Söhne aber mit einem ſolchen Deputat, als das jetztgedachte Stammtheil ertragen kann, zufrieden ſeyn, und pro re nata der Vater, die Vormünder oder næchſte Agnaten nach Proportion der Legitimae überhaupt auf Geld determiniren ſollen. -- Dafern gleichwohlen -- eine oder die andere unſere Special-Linien oder Antheile, ohne eheliche männliche Leibeserben gantz ausgehen und verfallen ſollten, ſo ſolle man es dergeſtalt damit halten, daß dieſelbe mit der oder denen andern überbleibenden Special- oder Particulier-Linien ihres Hauſes nach dem gemeinen Succeſſionsrecht conſolidiret werden, --- jedoch, daß allemahl denen nicht regierenden abgetheilten oder apanagirten Herren ihr Deputat nach Ertrag des Anwachſes bey einer jeden Linie oder Theil auf oben beſchriebenen Fuß und Regel je und allweg verbeſſert und vermehret werde.

§. 49.

Variae augendorum apanagiorum circumſcriptiones.

Aliis demum familiarum legibus vix intelligi poteſt, quot limitibus circumſcripta ſint apanagiorum incrementa, quae, ſi vel minima in re primogeniti vires ac redituum proportionem excedant, certe ſum-

ſummo detrimento ſunt et primogenito et eius regionibus. Sunt tales circumſcriptiones diuerſiſſimae. Numerum liberorum e. g. trinum minoremue praeſcribit CHRISTIANVS LVDOVICVS comes *Waldeccenſis* in additione, quam d. 31. Sept. 1695. pacto de 5. et 7. Iul. 1687. iam ſupra producto (§. 42.), adiunxit, hisce verbis: *Iedoch was hierinnen von Erhöhung der Deputaten vor die* vltragenitos *auf* -- *Rthl. verſehen iſt, das verſtehet ſich, und ſoll verſtanden werden, auf ſolchen Fall, wenn der* Apanagiatorum *nur, wie jetzo, drey oder weniger ſind; Da aber ſolche unſere Söhne durch Gottes Seegen mehr würden, alsdann die nachkommende das Augment nicht zu genieſſen haben, ſondern dieſelbe mit dem vorigen Deputat der* --- *Rthlr. ſich vergnügen ſollen.*

Exemplum Waldeccenſe numerum liberorum definiens.

§. 50.

Eosdem fere augendorum apanagiorum fines pro numero et aetate poſtgenitorum conſtituit FRIEDERICVS dux *Saxo-Gothanus*, lege, qua d. 12. April. 1685. primogenituram ſtabiliuit, atque apanagia praefiniens ea hoc modo augeri debere cauit: -- *So haben wir dieſem unſerm jetzigen eintzigen jüngeren Printzen zu ſeinem Apanagio*

Exemplum Gothanum ſecundum numerum et aetatem poſtgenitorum apanagia

circum- gio überhaupt jährlich 8000. Rthlr. an baarem
ſcribens. Gelde - - und dafern uns der Höchſte noch mehr Printzen beſcheren ſollte, vor den dritten Sohn 5000. Rthlr. vor die übrigen aber jedem 4000. Rthlr. gleichergeſtalt zum jährlichen Unterhalt, und alſo ferner bey der künftigen männlichen Deſcendenz unſers Succeſſoris am Regiment jedesmahl vor deſſen zweyten Printzen 5000. vor einen jedweden der übrigen aber 4000. Rthlr. deputirt und ausgeſezt. - Bey künftigen menſchlichen Fällen, und inſonderheit, dafern ſich begebe, daß einer von den jüngern Brüdern oder Vettern ohne männlichen Erben mit Tode abgienge, ſo fällt deſſen Apanagium zu des regierenden Cammer zurück, jedoch mit der Maaſſe, daß er hergegen dem nachfolgenden abgetheilten Printzen oder deſſen Linie das verordnete Quantum des Deputats nach der Dispoſition, welche wir der Apanagien wegen, nach Unterſchied des Alters der Printzen, oben gemacht haben, billig erhöhe. Die übrige Maſſe der Hereditàt, wenn keine Diſpoſition vorhanden, wird unter den ſæmtlichen Brüdern oder Vettern nach den bekannten Succeſſions-Rechten vertheilet, und alſo es auch mit den mütterlichen und ſchweſterlichen Erbſchaften gehalten.

§. 51.

§. 51.

Tandem ea quoque huc pertinent, quae reperiuntur in pacto familiae Anhaltinae Serueſtanae ſiue *in dem Fürſtbrüderlichen Erbvergleich* de an. 1676. *Sollte aber eines und aes andern dieſer drey jungern Herren Gebrüdere Linea ausſterben, daß keine Erben männliches Geſchlechts von ihnen vorhanden wären; ſo fallen dieſe jährliche 5500. Rthlr. dergeſtalt allen drey überlebenden Herren Gebrüdern oder deren* poſteris *zurück, daß ſie zu gleichen Theilen deſſen genieſſen, und der* primogenitus *ſolches nicht allein an ſich nehmen, ſondern* pro rata *eines jedweden Herren Bruders oder dero Nachfahren jährliches Quantum alſo augiret werde.*

Exemplum Serueſtanum de apanagiis recidentibus.

CAPVT QVINTVM

EX VARIIS FAMILIARVM LEGIBVS GENERALIA QVAEDAM PRINCIPIA COLLIGENS.

§. 52.

Ex hiſce tot illuſtrium familiarum legibus haud difficile erit colligere generalia quaedam, ſiquidem vix aliter procedi poteſt in re, vbi vniuerſales leges deficiunt, earumque loco diuerſiſſimae cuiusque fami-

Varietas legum familiarum ratione modi an.

gendorum reდituum. miliae leges inſtar normae ſunt. Et primum quidem animaduertes inſignem illam acceſſionum varietatem, quas primogenitis obuenire fingunt iſtae leges familiarum. Aliae enim omne ſine vllo diſcrimine incrementum redituum reſpiciunt, vti docent exempla Meiningenſe (§. 37.), Witgenſteinenſe (§. 38.), Iſenacenſe (§. 44.), Brunſuicenſe (§. 46.), Hohenloicum Weickersheimenſe (§. 47.). Aliae ſingularem aliquem augendorum primogeniti redituum modum ante oculos habent ſecundum ea, quae §. XXXIV. monuimus. Nimirum I.) de noua hereditate agunt itidem exempla, quae modo attulimus, Meiningenſe, Witgenſteinenſe, Iſenacenſe et Weickersheimenſe; II.) de coniunctione, vulgo conſolidatione diuerſarum linearum, Brunſuicenſe (§. 41.), Waldeccenſe (§. 42.), Megapolitanum (§. 43.), et Iſenburgicum (§. 48.); III.) de apanagiis poſtgenitorum defunctorum exſtinctis Gothanum (§. 50.), et Anhaltinum Serueſtanum (§. 51.); IV.) de feudis recidentibus in dominium directum Witgenſteinenſe (§. 38.), et Haſſiacum (§. 45.); demum V.) de aere alieno exſtincto Brunſuicenſe (§. 46.). Vnde liquet fundamento haud deſtitui, quae ſupra diximus (§. 34.).

§. 53.

§. 53.

Poſitis iam talibus primogeniti redituum acceſſionibus, vnicum tantum exemplum, ſcilicet Meiningenſe, plane augeri apanagia vetat (§. 37.); Vnicum quoque dumtaxat exemplum, nempe Witgenſteinenſe, poſtgenitis in incremento redituum fortuito eadem iura ac primogenito tribuit (§. 38.). Ceterae omnes, quas attulimus, quasque adferre ex tanta eius generis legum multitudine potuimus, familiarum leges augeri iubent apanagia, licet modis diuerſiſſimis. Vnde id ſaltim recte conficitur: Regulam eſſe, vt auctis primogeniti reditibus augeantur poſtgenitorum apanagia; Exceptionem eſſe atque extraordinarium quidpiam, ſi quando forſan ſtatutum, vt aut plane non augeantur apanagia, aut poſtgeniti ratione auctorum redituum primogenitis aequiparentur.

Ordinarie auctis reditibus augenda apanagia.

§. 54.

Quod autem ad modum augendi apanagia attinet, eum vbique variare, vel primo obtuitu quiuis videt. Pleraeque familiae ipſius apanagii proportionem ſequuntur in definiendo eius incremento, prout perſpicue adparet ex exemplis familiae Megapolitanae (§. 43.), Iſenburgicae (§. 48.), et Gothanae (§. 50.). Ex quibus

Quod incrementum ipſius apanagii proportionem ſequi ſolet.

bus forſan haud inepte collegerim praeceptum hoc: Eadem ratio, quae intercedit inter reditus primogeniti et ipſum apanagium, habenda quoque eſt inter acceſſionem redituum, et incrementum apanagii.

Exempl. computationis augendi apanagii.

* Hinc facillima erit augendi apanagii computatio, ſi liquet, reditus primogeniti deductis deducendis eſſe v. g. 40000. et apanagium 2000. illos vero augeri 10000. Ibi enim ſecundum hanc proportionem: 40000: 2000 - - 10000. facile reperies, augendum eſſe apanagium circiter quingentis.

§. 55.

Aliquando augetur apanagium certa redituum parte, certaue ſumma, terraue.

Aliae familiae certam auctorum redituum partem, e. g. quartam, relinquunt apanagiatis, teſtibus exemplis Iſenacenſi atque Haſſiaco (§. 44. 45.). Aliae definitam pecuniae numeratae ſummam habent, quibus augendum apanagium, e. g. 6000. imperialium in familia Brunſuicenſi (§. 41.), 500. in familia Waldeccenſi (§. 42.), qua de re tamen iam ſupra obſeruauimus, certam pecuniae ſummam vix poſſe definiri, niſi iam praeuideatur incrementum reditibus primogeniti acceſſurum (§. 40.). Aliae demum vti ipſum apanagium, ita et ea, quae apanagii augendi cauſſa adiiciuntur, in terris, ſed ſine ſupremae poteſtatis iure, conſiſtere volunt, vti videre licet in teſtamen-

Digitized by Google

mento Ioannis Alberti, Megapolitani ducis (§. 43.).

§. 56.

Deinde non definito certo augendi apanagii modo aliquando hoc arbitrio patris, tutorum, agnatorum, aliorumue bonorum hominum (§. 47. 48.), immo nec numquam ſolius primogeniti placito committitur (§. 46.). Et ne nimiis apanagiorum acceſſionibus imminuantur ipſius primogeniti reditus, id quod ipſi primogeniturae et apanagii fini repugnat, varias excogitatas eſſe augendorum apanagiorum circumſcriptiones, pariter ex ſuperioribus patet. Sic e. g. in familia Hohenloica Weickersheimenſi ſtatutum, vt niſi primogeniti reditus ſaltim 2000. imperialibus aucti eſſent, apanagium non augeretur (§. 47.); et in familia Waldeccenſi apanagium non augetur, niſi tres tantum vel pauciores adſint poſtgeniti (§. 49.). Immo et ratione aetatis diſcrimen aliquod ſubinde obſeruari, patet ex exemplo Gothano (§. 40.), vt ſcilicet ſecundogenitus maius, tertiogenitus minus nanciſcatur et apanagium et eius incrementum.

Aliquando incrementum apanagii arbitrio cuiusdam relinquitur; variisque limitibus circumſcribitur.

Capvt sextvm.

QVID DEFICIENTIBVS FAMILIARVM LEGIBVS DE AVGENDO IMMINVENDOVE APANAGIO STATVENDVM SIT?

§. 57.

Quid ſi nullae adſint familiae leges de augendo apanagio?

Non quidem in ipſis, quas enumeraui, familiae legibus deſunt, quae variis earum interpretationibus, atque ideo variis controuerſiis occaſionem ſaepe praebeant; prouti id ipſum ex infra adferendis exemplis ſat liquebit. Interim aliqua tamen tunc norma decidendi adeſt, qua fere prorſus deſtituimur, ſi deficiunt pacta, aliaeue familiarum leges. Tunc ſane difficillimum eſt, quod ſentimus, dicere, et quod res eſt, ſentire. Quodſi enim vel omnes, eosque clariſſimos iuris interpretes roges, vtrum apanagium, auctis primogeniti reditibus, augendum ſit, nec ne? quaeue proportio hac in re obſeruanda? certe aut altum ſilentium reperies in plerisque tantum non omnibus, aut in pauciſſimis iis, qui leuiter hanc rem attingunt, in aliam fere alium ſententiam diſcedere animaduertes. Ego vero aliorum prius opiniones enumerare, dein, quod res eſt, ſaltim,

quod

Digitized by Google

quod mihi videtur, certis, quoad eius fieri poterit, firmare ſtudebo principiis.

§. 58.

Sententia Springsfeldii ea de re.

Vix quisquam de apanagio augendo auctis primogeniti terris aliquid, quantum ſcio, attulit, praeter GEORGIVM HENRICVM SPRINGSFELDIVM, qui tamen non ſibimet ipſi ſemper conſtare, ita autem hac de re ſentire videtur: Diſtinguendum nimirum eſſe, vtrum ius primogeniturae lege, an pacto, ſeu placito tantum fratrum introductum ſit? ſiue, quod idem SPRINGSFELDIO eſt, vtrum apanagium proprium, an improprium vigeat?

§. 59.

Qui aliter ſentit de apanagiis legalibus,

Quando ius primogeniturae et apanagia lege quadam nituntur, plane apanagium augendum non eſſe, adfirmat SPRINGSFELDIVS de apanagio cap. II. n. 25. ſq. cum TIRAQVELLO *de iure primogeniturae* quaeſt. 53. n. 22. ſq. et COTHMANNO vol. 2. conſ. 3. n. 323. Cuius rei vnicam hanc adferunt rationem, *quod et filia, quae tempore dotationis et renunciationis ſuam legitimam percepit, nihil amplius auctis facultatibus paternis petere poſſit.*

§. 60.

Digitized by Google

§. 60.

ac de conuentionalibus.

Alia plane ſentit idem Springsfeldivs *l. d.* n. 33. et cap. 10. n. 18. ſi quando fundamentum apanagii non lex, ſed pactum eſt, veluti ſi quis, ſe viuente primogenito apanagio contentum fore, pacto ſtipulatus eſt. Tunc enim auctis primogeniti terris apanagiatos, non augeri tantum apanagium, ſed et ipſam nouae hereditatis portionem, petere poſſe putat, *quia tale pactum ad caſus futuros et nouas hereditates haud extendendum ſit; idcirco partem terrae nouiter hereditario iure deuolutae non apanagii, ſed hereditatis ac dominii titulo et iure, vel inuito primogenito, poſtgenitis deberi.*

§. 61.

Quae diſtinctio huc non pertinet.

Verum, ſi, quod res eſt, dicere licet, quid diſtinctio iſta inter apanagia propria et impropria ſiue legalia et conuentionalia (§. 11. II.) ad hanc rem facere poſſit, ego equidem haud video. Etenim eodem vigore, quo leges, etiam pacta ius primogeniturae et apanagia firmant, neque tantum duobus hiſce modis intereſſe vmquam crediderim, vt in altero omne prorſus incrementum denegandum ſit apanagiatis, in altero hi vel primogenitis recte aequiparentur. Ego vero ante omnia primum iuris pri-

Digitized by Google

primogeniturae finem hic fundamenti inſtar habendum eſſe reor, ne ſcilicet nimiis terrarum diuiſionibus familiae ſplendor imminuatur (§. 4.).

§. 62.

Enimuero huic fini e diametro contrariari mihi quidem videtur, ſi terrae, nouo hereditatis incremento primogeniti bonis accedentes, aequis partibus inter primogenitum pariter ac poſtgenitos diuiderentur. Etenim vetat ius primogeniturae terras diuidi; hic diuiderentur tamen. Quodſi igitur, vti decet ſecundum ius primogeniturae, diuiſiones euitare velis, et, ſi non augere, diminuere tamen nolis familiae dignitatem, neceſſe profecto erit, vt ſoli primogenito regenti, et ipſae terrae, et earum incrementa concedantur.

Potius ſecundum finem primogeniturae ſoli primogenito terrae earumque acceſſiones cedunt.

§. 63.

Multo magis haec tum locum habent, ſi partes dumtaxat familiae auitae, diuiſae olim inter plures ſtirpes, harum altera exſtincta, vti aiunt, conſolidantur, ſiue diuerſa vnius familiae ſtemmata iterum coaleſcunt (§. 34.). Ibi enim, ſi ſuam cuique poſtgenito tribueres noui huius incrementi portionem, reuera denuo diuiderentur bona auita, id quod omnino primogeniturae fini repugnat (§. 4.).

Maxime, ſi tantum familiae ſtemmata coaleſcunt.

§. 64.

§. 64.

Nam et pacta primogeniturae ad futuros caſus pertinent,

Neque quidquam hic valet illa SPRINGSFELDII ratio, quod in apanagiis impropriis pacta, quibus ea ſtabiliuntur, ad futuros caſus non ſint extendenda. Nam id ipſum eſt, quod pacta primogeniturae innuunt, vt hereditas auita in linea tantum primogenita reſideat (§. 3.). Certe vero, hoc non ad praeterita, nec ad praeſentia ſolum, ſed praeſertim quoque ad futura pertinere, res ipſa docet.

Licet tantum de hereditate auita loquantur.

* At obiicis fortaſſe me ipſum hereditatem *auitam* dumtaxat includere iuri primogeniturae (§. 3.); hinc tacite ſaltim hereditates nouas ab eodem iure liberare. Vnde vtique SPRINGSFELDIVM recte, quod pactis bona auita, non futura ſtringantur, ſtatuere, et ex mea me ipſum refelli reſponſione, putas. Concederem ſane omnia, ſi de vera *hereditatis auitae* ſignificatione inter nos conueniret. Sed bona, inquies, auita ſunt, quae a maioribus in nos deriuantur. Hoc quoque concedo. Verum nonne bona nobis adquiſita, nobisque *noua* dicta, poſteris noſtris auita fiunt? Nonne de *linea primogenita* ſermo eſt, ſiue de ſerie omnium deſcendentium primogenitorum (§. 2.), et maiores et poſteros reſpicere, atque ita loqui debemus, vt et his et illis quadrare poſſit locutio? Nonne demum ergo iure dicitur ius primogeniturae ſoli lineae primogenitae hereditatem *auitam* tribuere, quae auita eſt tum ratione maio-

maiorum meorum, tum ratione poſterorum? Vnde liquet, etiam nouam hereditatem, ſi de linea primogenita loqueris, in auita referri poſſe, ac proinde omnino ineſſe pactis quibuscumque de iure primogeniturae initis (§. 3.).

§. 65.

Vlterius probatur, nouas hereditates ſoli primogenito accedere.

Quid? quod et alio modo adlatas dubitationes eneruare, meamque ſimul ſententiam firmius ſtabilire auſerim. Nempe cedunt primogenito omnia iura, quae ad regimen ac ſupremam poteſtatem et poſſeſſiones terrarum pertinent, quaeque alioquin vniuerſae familiae futura eſſent, niſi vigeret ius primogeniturae (§. 5.). Et in pactis, quibus introducitur hoc ius, poſtgeniti cunctis iuribus, quae ſummam poteſtatem, regimen, aut terrarum poſſeſſiones complectuntur, renunciant apanagiati, ſiue id expreſſe, ſiue tacite fiat (§. 11. I.). Eapropter quum in primogenitum regentem fere omnia vniuerſae familiae iura quaſi confluere videantur (§. 5.); quid magis congruum eſſe poſſit, neſcio, quam vt primogenitus nouas, quae vniuerſae familiae alias acceſſurae eſſent, hereditates ſolus poſſideat, ſi quidem et iura poſtgenitorum in ſe recipit, et eo ipſo familiae dignitatem ac ſplendorem conſeruat, immo auget.

§. 66.

§. 66.

Quia ſcil. euitandae diuiſiones, et primogenitus iura totius familiae habet.

Quae quum ita ſint, certe inde conficere licebit, nouas hereditates, quae vniuerſae familiae, iure primogeniturae quocumque modo introducto (§. 11. II.), obueniunt, ſoli primogenito regenti cedere, nec quemquam poſtgenitum eius partem iure petere poſſe; tum quia euitandae diuiſiones (§. 4. 62.), tum quia omnia familiae iura in primogenito reſident (§. 5. 65.). Vnde quaelibet verba pactorum, legumue, quae de acceſſionibus hereditariis quidquam ſtatuunt, vbi ius primogeniturae viget, quadrant ſolis primogenitis, neque vllo modo ad poſtgenitos extendi poſſunt. Cuius rei exemplum habebis infra (§. 90. ſq.).

§. 67.

Augenda tamen ſunt apanagia.

Quemadmodum autem aequitas poſtulat, vt primogenitus, qui hereditatem auitam poſſidet, vt poſtgeniti pariter pro dignitate viuere poſſint, curet (§. 7.); apanagium vero pro rata redituum, quibus fruitur primogenitus, conſtitui ſolet (§. 25.); ita dubium non eſt, quin augenda ſint apanagia, auctis primogeniti terris et reditibus, maxime quum et alimenta, quibus haud omnino diſſimilia ſunt apanagia

gia

gia (§. 16.), cum patrimonio et augeantur et diminuantur (§. 35.).

§. 68.

Corruit igitur et hic SPRINGSFELDII opinio, quaſi apanagium legale numquam augeri debeat (§. 59.). Praeterquam enim, quod paullo ante, diſtinctionem iſtam inter legale et conuentionale apanagium hic nullius momenti eſſe, me oſtendere memini (§. 61.), iniquiſſimum profecto foret, nihil emolumenti tribuere apanagiatis, ſi noua familiae obuenerit hereditas, quum et generatim apanagium omnium primogeniti redituum proportionem ſequatur, et, niſi introducto primogeniturae iure, cum omnibus ſua cuiusque hereditatis portio communicanda fuiſſet, cui quidem ipſi, ſed non inde omni apanagii incremento renunciarunt poſtgeniti, perilluſtr. GEORG. MELCH. DE LVDOLF *de iure primogeniturae* parte ſpec. aph. 12. n. 14.

licet legalia ſint.

§. 69.

Equidem leges apanagii legalis ſummam modumque certum praefinire (§. 13. 17.), neque ab eo facile recedi poſſe, haud ignoro. Neque vero re ipſa a lege diſcedatur, dum pro rata incrementi augetur apanagium, ſed ipſi legis rationi conuenientiſſimum

Quia legis ratio iubet augeri apanagia.

ſimum eſt, ſicuti pro bonorum, vti tunc ſunt, reditibus apanagium definiuit lex, ita et augeri illud, ſi reditus iſti augentur.

§. 70.

Diuerſa ratio eſt legitimae filiarum.

Neque porro obſtat nobis exemplum filiarum, quae, legitima ſua ſemel percepta, quamuis dein auctis facultatibus paternis, nihil amplius vmquam recipiunt (§. 59.). Alia enim eſt apanagii, ac legitimae ratio. Haec certe ſemper definita eſt, eaque ſemel percepta, amplius nihil debetur, maxime quum acceſſerit renunciatio; contra illud pro redituum multitudine conſtituendum, hinc et iis auctis augendum eſt.

§. 71.

Sed conuenit iis, quae diximus, analogia legum familiarum,

Tandem omnia, quae argumentis hactenus diſputauimus, quam maxime firmantur per ea, quae ex ipſis plerarumque familiarum legibus, tamquam e fontibus, hauſimus. Haec enim ſatis clare docent, augenda eſſe apanagia auctis primogeniti reditibus, contra extraordinarium eſſe, ſi vel plane non augeatur apanagium, vel poſtgeniti ratione noui redituum incrementi primogenitis aequiparentur (§. 53.).

§. 72.

Digitized by Google

§. 72.

Immo magis magiſque id firmatur ipſis rerum geſtarum teſtimoniis. Ex ſexcentis enim vel vnicum dumtaxat adferre ſufficiat exemplum illuſtre, ex quo reuera auctum eſſe apanagium ob auctos primogeniti reditus adpareat. Scilicet mortuo die 18. Dec. 1690. duce *Ienenſi*, IOANNE GVILIELMO, quum terrae Ienenſes primogenito duci *Iſenacenſi*, IOANNI GEORGIO, obtigiſſent, hic eo modo auctis reditibus ſuis, auxit quoque poſtgeniti fratris apanagium *mit dem Amte Allſtädt*, reſeruatis ſibi tamen ſupremis iuribus, *der Landeshoheit.* Vide *den Fürſtbrüderlichen Receß der Herren Gebrüdere Iohann Georgs und Iohann Wilhelms Hertzoge zu Sachſen, das Amt Allſtädt betreffend, vom* 29. *Iul.* 1691. — et obſeruantia.

§. 73.

His ita conſtitutis, dubium non eſt, aucto patrimonio auito noua quadam hereditate (§. 34.), non quidem eius partem (§. 66.), ſed incrementum tamen apanagii ſui petere poſſe apanagiatos (§. 53.), et ab eo quidem, qui ratione apanagiati petentis eſt primogenitus regens (§. 9.). Verum quale ſit incrementum illud, quomodo, a quibus, qua lege, qua norma, qua pro- — Dubium tamen, quomodo augendum ſit apanagium;

k 2

proportione, conſtituendum ſit, nondum liquet.

§. 74.

Niſi ea de re certum quid ſtatuerint leges familiae.

Sicuti autem generatim de ipſo apanagio conſtituendo iam ſupra monuimus, facillime certam eius definiri ſummam, ſi ea de re iam lege, pacto aut teſtamento quid conſtitutum eſt (§. 17. ſq.); ita et haud difficile, quantum oporteat eſſe incrementum apanagii, definitur, quando leges, pacta, vel teſtamenta hanc in rem cauerunt certi aliquid, cuius rei exempla, Brunſuicenſe, Waldeccenſe, Iſenacenſe et Haſſiacum, attulimus ſupra (§. 41. ſq.)

§. 75.

Quod ſi non factum, ſequi oportet proportionem ipſius apanagii.

Contra ea ſi nihil tale lege, pacto vel teſtamento cautum, vel cautum quidem nonnihil, ſed ita, vt non inde adpareat, quantum apanagii incrementum decernendum ſit, quod potius arbitrio primogeniti relictum eſt; tunc in definiendo incremento iſto eamdem, quam ſupra in ipſo apanagio (§. 27. ſq.), deprehendimus difficultatem. At vero et eadem, quae ibi tradidimus praecepta, hic normae loco ſequi nihil dubitamus.

§. 76.

§. 76.

Primum proinde hereditati, quae nouiter poſſeſſionibus primogeniti acceſſit, deducenda ſunt omnia, quae eius poſſeſſorem ſoluere oportet, onera hereditati illi inhaerentia, veluti aes alienum, ſalaria, dotalitia, dotes, alimenta, cet. (§. 24.). Quibus omnibus deductis, computandi reditus ſuperſtites (§. 25.), iique incerti, collatis aliquorum annorum rationibus, quantum fieri poteſt, in veriſimiliter certam ſummam redigendi ſunt (§. 26.).

Hinc deductis oneribus, computandi reditus.

§. 77.

Definitis certe nouae hereditatis reditibus, quonam eorum partem in augendo apanagio ante oculos haberi oporteat, inquirendum eſt, id quod iterum omni caret difficultate, ſi lege, pacto, vel teſtamento tale quid praeſcriptum eſt. Sin pacta, teſtamenta legesue ea de re tacent, vix ſecurior norma, quam legitimae proportio, tradi poteſt. Quanta nimirum cuiusque futura eſſet legitima, ſi reditus iſti, deductis oneribus, maſſam hereditatis efficerent; tantum apanagiatis circiter conceditur apanagii incrementum (§. 27. 76.).

Et augenda apanagia circiterſecundum legitimae proportionem.

* Sic ſi e. gr. fingas, quatuor fratribus, quorum alter primogenitus regens, ceteri poſt-

Quod exemplo illuſtratur.

 ge-

geniti ſunt, obtingere hereditatem, cuius reditus ſint 15000., deducenda eſſe onera 5000. et ſupereſſe 10000. loco maſſae hereditatis, portio ex maſſa hac ſiue reditibus ſingulorum fratrum ab inteſtato foret cuiusque 2500. quae, quia quatuor fratres adſunt, in tres partes diuiſa, efficerent 833⅓. cuiusque legitimam. Vnde circiter vniuscuiusque apanagii incrementum in numerum rotundum 800. reduci poſſet.

§. 78.

Non vlterius augetur apanagium, ſi iam praeoccupata eſt apanagii acceſſio.

Quum itaque apanagiati plus petere non poſſint, quam legitimam circiter redituum ex bonis auitis (§. 27.), iterumque acceſſionis loco legitimam redituum ex noua hereditate (§. 77.); euidenter inde ſequitur, vt ſua ſorte contentus eſſe debeat poſtgenitus ille, qui iam ante nouae hereditatis acceſſionem tantum a primogenito percepit, quantum legitima redituum et auitorum, et hereditariorum poſthaec accedentium efficit. Hinc quoniam talis apanagiatus quaſi iam praeoccupauit apanagii ſui incrementum, ceſſat primogeniti obligatio ad vlterius apanagium illud augendum.

§. 79.

Contra augetur, licet pactum

Contra ſi vel expreſſo pacto promiſerit poſtgenitus, ſe viuente primogenito apanagio ſuo contentum fore, nihilo tamen minus

minus illum, auctis, primogeniti reditibus vt augeatur quoque apanagium ſuum, petere poſſe crediderim. Quum enim quaelibet pacta ſub conditione ineantur, vti aiunt, *rebus ſic ſtantibus;* certe, ſi adeo inſignis mutatio accidit, vt vel bona iſta, quorum proportionem apanagium ſequitur, augeantur, pacti vim et obligationem tanto magis variari neceſſe eſt, quanto notius, et minimam circumſtantiam totum negotium variare.

quoddam obſtare videatur;

§. 80.

Denique nec id praetermittendum eſt, adcurate ponderari debere, quis, et ex quanta nouae hereditatis parte incrementum apanagii exſoluere debeat. Enimuero, ſi quando in vna familia plures lineae regentes ſunt, id quod facile per diuiſionem quamdam, ante introductum ius primogeniturae factam, accidere poteſt, is, qui certae cuiusdam lineae primogenitus eſt, eiusdem lineae poſtgenitis pro rata ſuarum poſſeſſionum, ſuorumque redituum, non pro rata vniuerſae familiae bonorum, apanagia dare, eaque augere debet (§. 9.).

Et quidem a cuiusque lineae primogenito.

§. 81.

Poſtremo loco etiam haec, quae ſane haud nullius momenti eſt, quaeſtio attingenda

Imminutis primogeniti

Digitized by Google

rediti. bus, imminuenda quoque ſunt apanagia:

genda nobis erit: vtrum quoque imminutis primogeniti reditibus imminuenda ſint apanagia? Et profecto quidem nulla adeſt dubitandi ratio, quin eodem modo, ſicuti auctis primogeniti reditibus augeri oportet apanagia, ita quoque pro rata diminuantur apanagia imminutis primogeniti regentis reditibus.

§. 82.

Tum quia generatim apanagia redituum proportionem ſequuntur;

Quemadmodum enim certiſſimum eſt, apanagia ſequi redituum, quibus primogenitus fruitur, proportionem (§. 25.); ita perinde eſſe oportet, augeantur reditus iſti, an diminuantur. Priori nimirum caſu augetur quoque apanagium, poſteriori deminutionem patitur.

§. 83.

Tum quia alias facile imminueretur ſplendor familiae.

Et quum iuris primogeniturae atque apanagiorum primarius ille finis ſit, vt conſeruetur familiae ſplendor, nec detrimentum capiant facultates auitae (§. 4.), certe multo magis curandum eſt, vt ne apanagia excedant redituum vires, quam nimis exigua ſint pro redituum proportione. Hinc magis contrarium foret fini iuris primogeniturae, ſi, imminutis licet primogeniti reditibus, tamen eadem manerent apanagia, quam ſi, auctis iis reditibus, non augerentur apanagia.

gia.

gia. Hoc enim tanto primogenito eſſet emolumento, quanto illud detrimento.

§. 84.

Quantum tamen detrahendum ſit apanagiis, vix aliter, quam generatim ita definiri poteſt, vt proportionem redituum, eorumque vires imminutas ante oculos habeat primogenitus, quippe cuius arbitrio hac in re multa relinquenda ſunt.

Ipſa imminutio potiſſimum primogeniti arbitrio relinquenda.

§. 85.

Pauciſſimis quidem illuſtrium familiarum legibus ea de re quidquam ſtatutum legitur. At duo tamen teſtamenta, quae ſola, quantum ſcio, quaeſtionem hanc de imminutis primogeniti reditibus attigerunt, apanagia ex aequo arbitrio primogeniti, bonorumque virorum imminui iubent. Vtriusque teſtamenti verba, quae huc pertinent, operae pretium erit, adſcribere. Eſt ſcilicet alterum teſtamentum Georgii ducis Brunſuicenſis d. 20. Martii 1641. ſcriptum, vbi §. 15. conſtitutioni apanagiorum additur: *Es ſey dann, welches der barmhertzige Gott väterlich verhüte, daß das gantze Land in den betrübten Stand geriethe, daß dieſelbe* (ſcil. apanagia) *ohnmöglich erfolgen könnten, vff welchen Fall ſich die nicht regie-*

Quod probatur exemplis illuſtribus, veluti Brunſuicenſi.

regierende der Billigkeit nach weiſen laſſen und ſchicken ſollen.

§. 86.

et Iſenacenſi. Maiori adparatu ea de re agit teſtamentum IO. GEORGII, ducis Iſenacenſis, quod iam ſupra memorauimus (§. 44.), vbi etiam haec leguntur: *Dafern aber ein und anders von unſern Eiſenachiſchen Landen und deſſen pertinentien angeſprochen oder würcklich entwendet würde, oder es begeben ſich durch Gottes Verhängniß ſolche ſchwere und unvermeidliche Zufälle, dadurch die Landeseinkünfte um ein mercklicbes verringert würden, und ſolcher Abgang durch des regierenden Herrn möglichen Fleiß nicht, oder doch in geraumer Zeit erſt zu erſetzen, ſo iſt demſelben unverwehret, die wahre Bewandniß zu remonſtriren, und mit Niederſetzung verſtändiger Räthe und erfahrner Perſonen aus der Landſchaft mit dem abgetheilten Herrn Bruder oder Vetter auf eine Moderation des Deputats, ſo lange es nöthig, zu handeln, oder auch da nicht anders heraus zu kommen, durch Interpoſition und Auctorität hoher Anverwandten zu billigmäßiger Erörterung zu gelangen.*

CAP.

Digitized by Google

Caput septimum

EXHIBENS ILLVSTREM QVAMDAM SPECIEM GENTIS ISENBVRGICAE DE AVGENDO APANAGIO.

§. 87.

Non equidem ea, quae dixi, ita intellectu difficilia eſſe reor, vt ſine exemplis ea adſequi haud liceat. Vt tamen tanto maiori luce perfundatur vniuerſum hocce argumentum, non poſſum non addere ſpeciem quamdam et illuſtrem, et perſpicuam, et egregiam ſatis, quam verbo quidem attigit perilluſtris olim Auguſtiſſimi, quod Wetzlariae floret, iudicii Aſſeſſor, Georg. Melch. de Lvdolf p. 21. faſciculi VI. quem operi ſuo *de introductione iuris primogeniturae* adiunxit, ſed cuius omnes circumſtantias, veraque rerum momenta pro ſingulari, quam praedicare ſatis non poſſum, beneuolentia mecum vir illuſtris, quem honoris cauſſa nomino, Io. Adam. Kopp, litteratae decus Haſſiae, communicauit. Ad illuſtrandum argumentum hoc additur ſpecies quaedam Iſenburgicae familiae;

§. 88.

In illuſtriſſima comitum Isenbvrgicorvm familia ius primogeniturae, iam anno Vti ſingulari lege in-

trodu-
ctum ius
primoge-
niturae.

anno 1687. pactis familiae, et anno 1692. ſtatuto quodam introductum, anno demum 1713. ab auguſtiſſimo imperatore confirmatum eſt; hac lege, vt I.) primogenitus, modo capax ſit, terras omnes cum ſupremae poteſtatis iure poſſideat, ſiue regens ſit; II.) poſtgeniti vero apanagio, et tali quidem, quod a patre, tutore, vel agnatis ſecundum legitimae proportionem in numerata pecunia conſtituitur, contenti eſſe debeant; dein III.) ſi qua linea ſpecialis ob defectum maſculae prolis exſtinguatur, vt cum ceteris lineis conſolidetur iure ſucceſſionis communi, ita tamen, vt IV.) pro rata talis incrementi apanagiatis augeatur apanagium (§. 48.).

§. 89.

Genealogia comitum poſt introductum ius primogeniturae.

Interim poſt obitum comitis Io. Ernesti quatuor eius filii, Io. Casimirvs, Ferdinandvs Maximilianvs, Georgivs Albertvs, et Carolvs Avgvstvs quatuor effecerunt lineas (§. 6.), nimirum *Büdingen*, *Wächtersbach*, *Meerholtz et Marienborn.* Natu minimus Carolvs Avgvstvs de Marienborn anno 1725. improlis moritur, ceteris fratribus iam praemortuis quidem, ſed relicta prole. Natu ſecundus Ferdinandvs Maximilianvs, cuius linea erat *Wäch-*

ters-

tersbach, progenuerat duos filios FERDINANDVM MAXIMILIANVM et GVILIELMVM, quorum ille, ob introductum ius primogeniturae, primogenitus regens in *Wächtersbach* erat. Primo et tertio ſingulo vnus ſuperſtes erat filius ſecundum praeſens ſchema:

IOANNES ERNESTVS
Comes de Iſenburg et Büdingen.

Io. Caſimir., *de Büdingen.* — Ferd. Maxim., *de Wächtersb.* — Georg. Alb., *de Meerh.* — Carol. Aug., *de Marienb.* † 1725. ſine prole.

Ern. Caſim., — Ferdin. Maxim. Guilielm. — Carolus Friedericus.

§. 90.

Lineae ſecundae apanagiatus lineae quartae exſtinctae portionem poſtulat.

Morte CAROLI AVGVSTI exſtinguebatur linea ſpecialis de *Marienborn*, conſolidanda ſecundum ſtatuta primogeniturae cum ceteris lineis ex iure ſucceſſionis communi (§. 88.). Tres lineae ſuperſtites exſtinctae portionem tribus aequis partibus inter ſe diuidunt, GVILIELMO ceu lineae Waechtersbacenſis ſecundogenito ob ius primogeniturae nihil tribuunt. Hic, ex iure communi ſolos Germanorum liberos ſuperſtites in capita, vti aiunt, ſuccedere, hinc hereditatem Marienbornenſem quatuor partibus diuidendam, ſibique quartam

Digitized by Google

tam ceteris aequalem portionem dandam eſſe, ſtatuit, prouocans ad verba ſtatuti: *Nach dem gemeinen Succeſſionsrecht* (§. 48.).

§. 91.

Sed contra finem iuris primogeniturae,

At vero ſaluo iure primogeniturae fieri non poſſe, vt poſtgeniti aeque ac primogeniti terras ac poſſeſſiones conſequantur, ſupra, quantum ſatis eſt, oſtendimus (§. 5. ſq.), maxime ſi ſtemmata auita tantum coaleſcunt, quae incrementa ſi cum omnibus ſpecialium linearum membris communicare velles, numquam primogeniturae finem (§. 4.) adſequi liceret, verum ſemper nouis diuiſionibus denuo in infinitum vsque dilacerarentur bona auita.

et contra intentionem ſtatuti Iſenburgici.

Sed quid ſi verba: *Nach dem gemeinen Succeſſionsrecht*, vlterius vrgeas, eaque tollere, quae diximus, obiicias? Reſpondeo, verba haec, vti aiunt, terminis habilibus ita, vt conuenit, ſaltim ita, vt ne contradicant primogeniturae iuri, intelligi oportere. At repugnat huic iuri, admittere poſtgenitos ad partes hereditatis auitae, non repugnat admittere primogenitos tantum, eosque *nach dem gemeinen Succeſſionsrecht*. Facillime igitur hoc modo et iuri communi, et ſtatuto huic ſatisfacere potes, ſi verba ea ita interpretaris, vti reuera explicari debent, vt coaleſcens alterius

rius cuiusdam lineae hereditas diuidatur inter primogenitos aliarum linearum regentes ſecundum ius ſucceſſionis commune, contra apanagiatis nulla ipſius hereditatis pars, ſed augmentum tantum apanagii concedatur (§. 53.). Quae interpretatio ipſis quoque ſtatuti noſtri verbis ſtatim ſubſequentibus ſatis ſuperque comprobatur, dum dilucide ibi additur conſtitutio de augmento apanagii (§. 48.).

§. 92.

Dein petit apanagii incrementum pro rata totius nouae hereditatis.

Certum proinde eſt, comitem GVILIELMVM petere non poſſe partem hereditatis Marienbornenſis, ſed incrementum apanagii tantum. Verum et hic noua non deſunt controuerſiae argumenta. Contendit enim GVILIELMVS, augendum eſſe apanagium ſuum *nach Ertrag des Anwachſes*, ita, vt haec acceſſionis proportio ſecundum vniuerſam Marienbornenſem hereditatem definiri, adeoque et Büdingenſis, et Waechtersbacenſis, et Meerholtzenſis comites pro ſua quisque rata ad augendum GVILIELMO apanagium quidquam contribuere debeant.

§. 93.

Sed nec id vltra portionem fra-

Quum autem primogenitus apanagium tantum iis e gente ſua dare debeat, quorum reſpectu eſt primogenitus (§. 8.), quum,

tris ſui procedit. quumque viciſſim poſtgeniti non niſi ab iis apanagium petere poſſint, quorum reſpectu ſunt poſtgeniti (§. 9.); euidens eſt, ſuae quemque lineae poſtgenitis apanagia praebere debere, vlterius neminem obligari. Vnde comes GVILIELMVS a fratre ſuo petere quidem poteſt apanagium eiusque incrementum, minime vero a conſobrinis aliarum linearum. Neque igitur plus frater apanagii dat, illudue amplius auget, quam pro rata redituum ſuorum, non pro rata redituum vniuerſae familiae.

§. 94.

Secundum ipſa ſtatuti verba.

Quid? quod ſi accuratius paullulum inſpicias ipſas iuris primogeniturae Iſenburgici tabulas, quas ſupra (§. 48.) recenſuimus, idem ibi haud obſcure animaduertes verbis: - - - *jedoch, daß allemahl denen nicht regierenden Herren ihr Deputat* ***nach Ertrag des Anwachſes bey einer jeden Linie oder Theil*** *auf eben beſchriebenen Fuß und Regul, je und allwege verbeſſert und vermehret werde.* Vbi expreſſe apanagium non pro acceſſione vniuerſae familiae, ſed pro rata eius, quod ſingulae cuiusuis lineae adcreſcit, augendum eſſe ſtatuitur.

§. 95.

Digitized by Google

§. 95.

Generatim apanagium omnium fratris redituum proportionem ſequitur.

Tantum igitur apanagii incrementum tribuendum erit illuſtriſſimo comiti GVILIELMO, quantum circiter eius fratris FERD. MAXIMILIANI, ceu huius lineae primogeniti, reditibus acceſſit; adeo, vt accedente incremento iſto apanagium vniuerſum comitis GVILIELMI contineat proportionem legitimam omnium fratris eius redituum (§. 27. 77.).

§. 96.

Quae ſi iam eſt, apanagium vlterius haud augetur.

Sed et hic ſuſpicatur frater primogenitus, apanagium dicti comitis GVILIELMI iam an. 1729. ita conſtitutum eſſe, ut iam tum legitimam redituum Waechtersbacenſium, et pro tertia parte Marienbornenſium ſuperarit. Et ſi itaque poſtea quid accederet primogeniti terris, apanagium tamen nondum augeri neceſſe eſſe credidit, donec, illud omnium redituum proportionem legitimam necdum adſequi, probatum fuerit. Idque, ni fallor, recte, quia ei, qui iam percepit, quod petere poteſt, amplius nihil debetur. Quidquid enim errore facti vltra debitum ſolutum eſt, recte repetitur (§. 78.).

§. 97.

Eſt autem apanagium

Speciatim vero res haec, quam illuſtrationis gratia evidentius in exemplo ob

2000 flor. reditus antiqui 6000.

veritatem et raritatem magis perſpicuo proſequi iuuat, ita ſeſe habebat: Conuenerat inter vtrumque illuſtriſſimum fratrem lineae Waechtersbacenſis an. 1729. die 1. Dec. de conſtituendo comitis GVILIELMI apanagio in quantitate 2000 florenorum. Reditus Waechtersbacenſes, deductis deducendis (§. 24.), circiter 6000. florenos efficere reperiuntur. Horum redituum legitima ſinguli cuiusque fratris eſſet 1000. (§. 27.). Ergo ex iure communi, et ex iure peculiari Iſenburgico (§. 48. 88.), poſtgeniti fratris apanagium dumtaxat 1000. florenis contineretur, quorum duplum iam poſſidet.

§. 98.

Reditus noui ſunt 2000.; hinc apanagium ſecundum proportionem legitimae tantum eſſet 1333.

Idem eadem ratione de incremento Marienbornenſi palam eſt. Omnes enim Marienbornenſes reditus erant 6000. floreni; hinc tertia eorum pars, quae lineae Waechtersbacenſi obtingit (§. 89. ſq.), 2000. Horum portio GVILIELMI ab inteſtato foret 1000., et portio legitima, ceu tertia portionis ab inteſtato pars (§. 27. I.), 333⅓. Quum igitur hoc modo apanagii augmentum pro rata incrementi Marienbornenſis 333⅓. efficiat (§. 77.), ipſumque apanagium Waechtersbacenſe 1000. (§. 97.); ſequitur omnino, ut vniuerſum

uerſum et Waechtersbacenſe et Marienbornenſe apanagium conſiſtat in 1333. florenis, et vt comes GVILIELMVS, quippe qui apanagium habet 2000. florenorum (§. 97.), iam 663⅔. plus iuſta apanagii et augmenti eius quantitate poſſideat, hinc amplius nihil ob incrementum Marienbornenſe petere poſſit.

§. 99.

Rectius igitur hac in cauſa reſponderi non poterat, quam d. 28. Febr. 1733. reſpondit, rogante illuſtriſſimo comite FERD. MAXIMILIANO primogenito regente Waechtersbacenſi, vir illuſtris, quem iam aliquoties honoris cauſſa nominaui, IO. ADAM. KOPP, penes quem eo tempore Birſteinii regiminis praeſidium erat, hisce verbis: *Daß ihre hochgräfliche Gnaden zu Waechtersbach von Rechtswegen nicht ſchuldig ſeyen, ſich ſo ſchlechterdings zu einem augmento apanagii wegen des Marienborniſchen Anfalls zu verſtehen, ſondern mit allem Recht verlangen können, daß zuförderſt der Ertrag der* deductis omnibus deducendis *überbleibenden Revenüen genau eingeſehen, und die* proportio legitimae *daraus unterſuchet werde. Findet ſich alsdenn, daß Herrn Graf* WILHELMS *hochgræfliche Gnaden in dem Apanage-Vergleich vom Iahr* 1729. *allſchon*

Vnde liquet, eum, qui loco 1333. iam 2000. poſſidet, amplius petere nil poſſe.

ſchon dasienige, und vielleicht noch ein mehreres, als dieſelbe ſecundum proportionem legitimae *von dem alten Wæchtersbacher Stammtheil und Marienborniſchen Anfall zuſammen praetendiren können, eingeſtanden worden, ſo ceſſiret das* augmentum apanagii *von ſelbſten. Gebet ihnen aber davon noch etwas ab, ſo kann daſſelbe alsdunn noch immer zugeſetzet werden.*

FINIS.

Digitized by Google

III.

DE

NORMIS
DECIDENDI SVCCESSIONEM FAMILIARVM ILLVSTRIVM CONTROVERSAM.

DISSERTATIO INAVGVRALIS
QVAM
PRO SVMMIS IN VTROQVE IVRE HONORIBVS CONSEQVENDIS
PVBLICE DEFENDIT
IO. PHILIPPVS DE LEDERGERW
VRATISLAVIENSIS.

GOETTINGAE menſe Dec. 1757.

Digitized by Google

Digitized by Google

CONSPECTVS.

S*ucceſſio normis indiget* ob frequentes eius variorumque caſuum controuerſias §. 1. tum inter priuatos, tum inter gentes §. 2. et vtroque reſpectu *in familiis Germaniae illuſtribus* §. 3. in quibus in primis de normis decidendi controuerſias ſucceſſionis disputatur §. 4.

Ius naturae non ſufficit §. 5.

Ius Romanum ſupponit liberam cuiusque diſpoſitionem, certasque definit ſuccedendi normas §. 6. vt ſuccedatur beneficio vltimi defuncti, ſalua legitima, a deſcendentibus et aſcendentibus, et a collateralibus ſecundum gradus §. 7.

Ius hoc Romanum in Germania adoptatum §. 8. niſi qua conſeruata iuris patrii veſtigia §. 9. quae inter priuatos hic rariora ſunt §. 10. vnde plurima valent Romana §. 11.

Diſtinguendum tamen inter ordines perſonarum §. 12. *Illuſtres* nempe pariter quidem obligantur iure Rom. §. 13. in materiis, quae nullam habent ſingularem rationem §. 14. Haec autem ſingularis ratio frequentior inter illuſtres adeſt §. 15. vt iura patria conſeruari oporteat §. 16. in primis in materia ſucceſſionis §. 17. Nam a) hic ceſſat libera poſſeſſorum diſpoſitio §. 18. b) ſemper itaque primo adquirenti ſucceditur §. 19. c) mares feminis praeferuntur §. 20.

Nec vel par eſt illuſtrium et *nobilium* conditio §. 21. in primis quatenus hi legibus prouincialibus

Digitized by Google

bus parent §. 22., illi autem ſola autonomia reguntur §. 23.

Sunt quidem *leges antiquae Germanicae* §. 24. eaeque vel hodierna iura continent §. 25., ſed non tamen valent tamquam leges §. 26. et hodierna ſucceſſionis illuſtrium iura ex iis repeti nequeunt §. 27.

Hodierna ſucceſſionis illuſtrium iura ſerius et ſenſim ac pedetentim exorta ſunt §. 28., non ſine impedimento *iuris manuarii* §. 29., ſed vtplurimum vniformia tamen §. 30.

Contra impetus iuris Rom. expreſſa familiarum ſtatuta ſunt condita § 31., ſed immixta ſenſim Romana et ipſis illis ſtatutis §. 32. et ſententiis §. 33.

Speciatim primogeniturae inter alia obfuit ius Rom. §. 34. aliorumque exterorum iurium vſus §. 35.

In feudalibus Longobardica adhibita §. 36.

Hodie patria iura magis culta §. 37., iuſtaeque normae nunc tradi poſſunt §. 38.

Normae itaque *decidendi ſucceſſionem illuſtrium controuerſam* hodie ſequentes ſunt.

Prima norma eſt lex cuiusque familiae. §. 39. intuitu omnium ab auctore legis oriundorum §. 40. id quod vix quisquam negat §. 41.

Sed quid *ſi lex familiae* non adeſt, vel *ambigua et obſcura* videtur? §. 42.

Tunc generatim vel *primogenitura vel diuiſio* obtinet § 43.

Vtrique autem Romana non quadrant §. 44.

Licet enim *diuiſio* iuri Rom. conuenire videatur §. 45.,

§. 45., haec diuiſio tamen reuera plane alius indolis eſt §. 46. Nam a) non ſemper eſt aequalis §. 47. b) Datur diuiſio, qua tollitur ſucceſſio reciproca §. 48. adeo, vt non niſi reſeruata ea locum habeat §. 49. nec in feudis tantum, ſed in allodiis quoque §. 50. illoque caſu quot lineae, tot diuerſae gentes conſtituuntur §. 51. filiaeque prae agnatis ſuccedunt §. 52.

Collaterales itaque ex iſtis principiis iure communionis ſuccedunt §. 53., omnino ſecus, ac iure Rom. §. 54., quo nulla priſtinae diuiſionis ratio habetur, ſed tantum propinquitatis §. 55. Succeſſio autem Germanica lineas magis ſequitur, quam gradus §. 56. et, quod maiorum diuidentium intentioni conuenit §. 57., in ſtirpes fit, perpetuo repraeſentationis iure §. 58., quod nec iuri Longobardico aduerſatur §. 59. nec hodie ſublatum eſt §. 60.

Necdum itaque modus ſuccedendi ex diuiſione §. 61. nec vllus alius, quo familiae illuſtres vtuntur, iuri Rom. conuenit §. 62. Hinc nec quadrant Romana Q. E. D. §. 63.

Solum itaque domeſticis e fontibus hauriendum eſt §. 64.

Et quidem ſuppoſita prius ſtatus publici Germ. notitia §. 65. perinde, ac in iure Rom. notitia reip. Rom. opus eſt §. 66.

Sicque praeſidiis hiſtoricis praemiſſis §. 65. a) aliis oculis cernentur leges familiarum illuſtrium §. 68. b) *Analogia iuris patrii* ſic in aprico eſt §. 69. c) De *obſeruantia* familiarum illuſtrium ſic rectius conſtat §. 70.

Obſeruantia autem vim legis habet §. 71. eaque, licet contraria iuri Rom. (quippe quod hic non eſt ius commune §. 72.) non recte reſtringitur §. 73.

Nec cum conſuetudine omnino eadem eſt §. 74. ſed tacito cuiusque familiae conſenſu nititur §. 75., de quo ſuppoſita analogia facilius conſtat §. 76. cuiusque probatio proinde facilior §. 77.

His conſtitutis iuſtis normis §. 78. vix vmquam locum inueniet ius peregrinum §. 79. in primis in ipſis rerum argumentis §. 80. quum a nomine ad rem non valeat conſequentia §. 81. Ad ſummum quoad formam ſubinde quadrat ius Rom. §. 82. Sed nec error ICtorum ius facit §. 83.

§. 1.

Succeſſio normis indiget ob frequentes eius variorumque caſuum controverſias;

Si qua vmquam in re neceſſitas vrget normam legibus definiendam, certe vniuerſum argumentum ſucceſſionis ea indiget, quandoquidem frequentiſſimi pro viciſſitudine rerum humanarum hi caſus ſunt, vt non ordine ſolum naturali pater liberis parta relinquere, ſed vt luctuoſa hereditate prole priuatus aut plane improles fratri, patruo, ex fratre nepotibus, aliisue quibuscumque agnatis, cognatis, ceu vltimus lineae, vel extraneis plane vltimus ſuae gentis ſuas poſſeſſiones cedere morte iubeatur. Qua innumera in caſuum varietate

tate difficillimae oriri ſolent controuerſiae, eaeque tanto maioris momenti, quanto lautior eſt, de qua quaeritur, hereditas, quantoque maior mortalibus veluti inſita obſeruatur habendi cupido, ſuumque credendi, quod vtile, facilitas.

§. 2.

Quodſi itaque ſalutis publicae intereſt, legibus prudenter conditis caueri et lites et iurium dominiorumque incertitudines; ſane ſummopere reipublicae intereſt legibus ciuilibus definiri ciuium ſucceſſionem. Quin regna etiam et principatus quum ab ordine mortalitatis haud eximantur; iuris publici cuiusque maxime ardua haec eſt quaeſtio, quae ſit principis in omnem et qualemcumque euentum ſucceſſio. Qua de re vel grauiſſimae inter gentes quot oriantur controuerſiae bellaque vtplurimum diriſſima, cuiusuis aeui exempla docent. tum inter priuatos, tum inter gentes,

* Inde ſimul liquet, quatenus ſucceſſio priuati publiciue iuris ſit, *Publicum* nempe dicitur, quidquid integras ciuitates, regna, principatus, reſpublicas, earumue imperantes, qua tales, concernit; eique quidquid opponi poteſt, nimirum quidquid non concernit integras ciuitates earumue imperantes, id *priuatum* eſt. Speciatim in ſtatu ciuili quando agitur de ſucceſſione ſubditorum in ſuis facultatibus, ea *iuris priuati* eſt

eſt; ſin quaeſtio de ſucceſſione in regno vel principatu, *iuris publici. Illa legibus priuatis ciuilibus* definitur ab eo, penes quem eſt poteſtas legislatoria; *haec lege fundamentali* per modum pacti inter imperantem et ſubditos; et vel *iuris gentium* quaeſtio intercedere poteſt, ſi qua plures inter gentes eiusmodi diſceptatur ſucceſſio.

§. 3.

et vtroque reſpectu in familiis Germ. illuſtribus,

Germaniae FAMILIAE ILLVSTRES, eae nempe, e quibus proceres imperii ſeculares, electores, principes, comites, oriundi ſunt, hoc ſingulare habent, vt ſingula earum membra, qua ciues vnius reipublicae, non poſſint non teneri iure priuato ciuili iſtius, cuius ciues ſunt, imperii Germanici. Eo autem reſpectu, quo territoria regunt, certe iuris publici eſt quaeſtio, quis ſit in quoque territorio imperantium hereditarius ordo. Quumque haud infimum locum inter vniuerſae Europae principes habeant Germaniae noſtrae proceres; plus vno exemplo experientia docuit, quanti vel exterae gentes ſua intereſſe reantur, cui contingat exſtincta modo ſtirpe quadam illuſtri Germanica talis hereditas.

* I. *Duplex* itaque procerum noſtrorum *reſpectus* hic intercedit, idem nempe ille, qui permultis iuris publici noſtri in capitibus pro ſingulari rei-

reipublicae compoſitae indole non ſine detrimento omitti poteſt. Priuati ſunt, et priuato iure vtuntur, qua ſubditi, reſpectu ſolum caeſaris et imperii habito. Contra quatenus territoriis imperant, omnino publica eorum negotia ſunt. Quapropter ſi de ſucceſſione in territorio agitur; ituitu huius ipſius, veluti ſi inter familiam regentem ordinesque prouinciales cauſſa tractatur, mere iuris publici, ſpecialis nempe, negotium eſt. Intuitu totius imperii idem negotium formam iuris priuati induere poteſt, et iudiciarie e. gr. tractatur, niſi quod non tam lege ciuili, quam autonomia regantur hac in re familiae illuſtres, et quod vtplurimum cum ſucceſſione in territorio coniuncta ſit ſucceſſio in voto et ſeſſione in comitiis (in der Reichsſtandſchaft), quae ipſa et totius imperii reſpectum habet, et eatenus adeo ad ius publicum Germaniae generale quodammodo pertinet.

* II. Comparanda cum his, quae diximus, ſunt, quae iam alii diſputarunt cum in genere de quaeſtione: an et quatenus principes iure priuato vtantur? tum ſpeciatim an in materia ſucceſſionis? niſi quod plerique ſub iure priuato ſolum ius Romanum intelligant, quae alterius loci eſt quaeſtio. Hic prae aliis commendari poteſt Ge. Melch. DE LVDOLF in tractatu *de iure primogeniturae* part. ſpec. §. 13. n. 9. p. 72., et *de iure feminarum illuſtrium* P. 2. cap. 1. §. 15. p. 67., vbi, ſucceſſionem in territoriis iuris publici eſſe,

con-

Digitized by Google

decidendis, Helmſt. 1692., Ge. Melch. DE LVDOLF *de iure feminarum illuſtr.* p. 1. ſq., Gottl. Gerh. TITIVM in *ſpecimine iuris publ.* lib. 2. cap. 9. §. 4. ſq. p. 239. ſq. et in diſſ. *de ſucceſſione in Germaniae territoria*, Lipſ. 1707., Mich. Henr. GRIEBNER *de praeiudicio principum imperii ex abuſu iuris Iuſtinianei*, Vitemb. 1715. Aug. LEYSER in *medit. ad D.* ſpec. 41. med. 5. vol. 1. p. 423. ſq., Jac. Carl Spener im Teutſchen Staatsrecht tom. 1. p. 365. ſq., Joh. Jac. Moſer im Teutſchen Staatsrecht tom. 2. p. 197. ſq., tom. 12. p. 329. ſq.

* IV. Quae quum ita ſint, nemo facile adſenſum negabit Ge. Melch. DE LVDOLF in tractatu *de iure fem. ill.* P. 2. cap. 1. §. 8. p. 55. teſtanti: *largam eſſe controuerſiarum in ſucceſſionum quaeſtionibus ſegetem; nullam cauſſam, quae non inueniat patronum; nullam fere ſententiam, quae ICti alicuius, immo collegiorum auctoritate non defendatur;* porro (§. 11. p. 63. *l. c.*) *dubias haud raro reddi has de ſucceſſione controuerſias, partim obſcuritate originis ſecutorumque exemplorum, partim diſſenſu ICtorum, vt ſaepe numero vel iudicis fauor aut poſſeſſoris potentia potiſſimum iis in rebus adferat momentum.* Triſte ſane iurium in re tam ardua fatum! quae proinde ad maiorem certitudinem redigere qualicumque demum ſymbola vel tentaſſe iuuabit.

§. 5.

Ius natu- Optatiſſima omnium norma foret, ſi qua

qua ex eo iure erui poſſet, quod natura, ſi non omnia animalia, tamen omne mortalium genus docuit; optatiſſima, inquam, foret Germanis praeſertim, quibus in eo priſtinum decus a maioribus traditum, vt poſthabita omni iurium apicibus inhaerentium ſubtilitate, quantum fieri poſſit, ſimplicitatem colant naturalem. At vero quis vel qualecumque ius ſuccedendi hereditarium citra pacta demonſtrauerit naturali iure? Ne dicam, quis e natura vmquam docuerit normas decidendi innumeras ſubtilesque, quales exſiſtunt, ſucceſſionis, vel admiſſae ſemel, controuerſias? in capita, an in ſtirpes iure repraeſentationis, et quousque ſuccedatur? primo adquirenti, an vltimo defuncto? vtrum ex gradus, an ex lineae praerogatiua? et quae ſunt ſexcenta id genus alia.

rae hic non ſuffi-cit.

* I. Non quidem ignoramus, quae GROTIVS, PVFENDORFIVS aliique ex praeſumto cuiusque defuncti amore, et quae alia alii adſtruxerunt, ſucceſſionis naturalis fundamina. Sed ſi qua vmquam in re, certe hic locum inuenit obſeruatio perill. Henr. Chriſtiani baronis DE SENKENBERG in *methodo iurisprudentiae* append. 2. §. 22. p. 92., quod haud raro iuris ciuilis inſtituta ab adſuetis illi ICtis qualicumque quaſi naturali veſte indui ſoleant, licet reuera ſoli naturae maxime incognita.

* II. Solum *pacto* ius in hereditatem adquiri, admittit naturalis ratio. Et ſi quem plane defunctus in *compoſſeſſionem*, ne dicam in *condominium* bonorum ſuorum adoptauiſſet, eum naturali iure, vt alteri cedat, a nemine cogi poſſe, manifeſtum eſt. Cuncta autem alia fundamenta, quae pro ſtabilienda ſucceſſione ſeu teſtamentaria ſeu ab inteſtato proferri ſolent, certe iuris perfecti efficacitate deſtituuntur. Interim et hac in re iam mirari libet morum Germaniae ſimplicitatem naturalem, qua et pacta ſucceſſoria, et communiones pro firmanda futura ſucceſſione in perpetuo vſu a priſtinis inde temporibus fuerunt.

* III. Etſi vero detur, qualecumque defendi poſſe ſucceſſionis naturale principium; nemo tamen facile ſufficiens illud decidendis ſpecialibus ſucceſſionis controuerſiis fore contendet, adeoque noſtra ſaltem inſtituti pro ratione normae inde repeti non poterunt, vnde nec fuſius immorari huic argumento iuuat. Recte omnino ſtatuit MONTESQUIEU *de l' eſprit des loix* liv. 26. c. 6.: *que l' ordre des ſucceſſions dépend des principes du droit politique ou civil, et non pas des principes du droit naturel.*

§. 6.

Ius Rom. ſupponit liberam cuiusque diſpoſi-

Iure Romano quidem varia, quae pro inſtituti ratione hic mittimus, legislationum diſcrimina obſeruantur. Sed ſi ius modo Iuſtinianeum reſpexeris, omnes in illo conten-

tentas ſucceſſionis normas his veluti primis fundaminibus niti mox animaduertes, vt libera ſit cuicumque domino de facultatibus ſuis cum inter viuos tum mortis cauſſa diſpoſitio, deinde vt e republica eſſe magis videatur, certum vbique ac nulli vmquam dubitationi ſubiectum modum ſuccedendi legibus ſtatui, quam longa circumſpectione praedisquirere, huncne an ad illum olim aliquando hereditas peruentura ſit, modo ab aequitate naturali, quamdiu vel ſpecies eius adeſſe videri poſſet, quam parum liceret, recedatur. tionem, certasque definit ſuccedendi normas:

§. 7.

Hisce ſane ex rationibus optime intelligitur tum antiquum illud: *pater familias vti legaſſit, ita ius eſto*, tum vniuerſum iuris Romani, praeſertim Iuſtinianei, in hac re ſyſtema: vt heres ſuccedat in omne ius defuncti, ſed et eius ſolius ex beneficio, quippe qui et dare et adimere hereditatem poterat; vt vnica liberae diſpoſitionis exceptio ſit in legitima liberis, parentibus, fratribus relinquenda; vt ab inteſtato aequitate naturali non minus quam ſalute publica duce deſcendentes primum, adſcendentes deinde, iunctis, ſi adeſſent, germanis horumque liberis, demum collaterales vo- vt ſuccedatur beneficio vltimi defuncti, ſalua legitima, a deſcendentibus et adſcendentibus, et collateralibus ſecundum gradus;

 cen-

centur, et in his in primis vt gradu quiſque proximus excludat remotiores, aequales gradu aequis partibus ſuccedant, et vt ſimpliciſſima hac ratione in infinitum certa reddatur et vniformis ſucceſſio, excepto ſolum ex euidentiore aequitatis ratione vnico caſu, quo fratres fratrumque liberi, gradu licet inaequales, vna tamen ac ſimul admittantur.

§. 8.

Ius hoc Rom. in Germania adoptatum,

Quae quidem iuris Romani diſpoſitio tanta ſe commendat et aequitate et reipublicae communi vtilitate, in primis certitudine lites damnoſas cauente, vt nequaquam mirandum ſit, ſi quod vmquam, certe hoc iſtius iuris caput Germanis ita placuiſſe, vt iudiciis, moribus, legibusque haec principia ad vnum omnia adoptarent, ex quo nempe generatim non omnis tantum ciuilis ſapientiae fontem; ſed in ſuo etiam orbe natum, ſuorum regum caeſarumque a maioribus conſtitutum ius Romanum ſemel ſibi perſuaſerant noſtrates.

§. 9.

niſi qua conſeruata iuris patrii veſtigia,

Etiamſi enim vel ex communione bonorum inter coniuges vſitata, vel ex inueterata de ſucceſſione ſecus ac iure Quiritium paciſcendi libertate, vel alia demum

qua-

qualicumque ex particulari conſuetudine paſſim moribus ſtatutisue nonnihil aliud iuris patrii veſtigium iuri Romano incognitum adſeruatum ſit; reliqua tamen omnia miro quodam concentu e Romanis legibus in patrias migrarunt, vt vel iucundum adſpectu ſit, qua opera ſtatutorum palato Romano adfecti conditores Nouellam CXVIII. ſuis ciuibus exponere, quaque arte vel Romanam graduum computationem iis claram reddere ſtuduerint. Nec infelici ſucceſſu ad hanc vsque diem in foris Germaniae hanc Iuſtinianei iuris normam ſequimur.

§. 10.

Sequimur, inquam, hanc iuris Iuſtinianei normam iure meritoque, qua legibus, qua vſu in Germania probatam; pro ea nempe, quae generatim vis huius iuris eſt, vt ceu ſubſidiarium in commune valeat, niſi qua domeſtica inſtituta moribus legibusue patriis adſeruata ſint. Id quod tunc potiſſimum contingit, ſi quando in ipſo ſtatu reipublicae latet ratio, vi cuius ſaluo illo patrium ius peregrino cedere non poterat. Enimuero inter priuatos, in ciuitatibus pariter ac ruri, haud adeſſe eiusmodi rationem, quae vim iuris Romani hac in re omnino impedire potuiſſet, tam in

quae inter priuatos hic ra i-ora ſuit,

aprico eſt, vt vel maxime noſtratium quoque ſaluti publicae conueniat, ita certo aequiſſimoque ſucceſſionis iure regi.

§. 11.

vnde valent plurima Romana.

Nec proinde in mentem nobis venit, ſeu vim et efficacitatem, ſeu aequitatem et iuſtitiam legum ciuilium de ſucceſſione latarum in dubium vocare, nec iuuat nos, ius certum tantaque ſeculorum praeſcriptione in foris Germaniae auctoritate ſua munitum commutandum cum incertitudine et obſcuritate obſoletae legis in patrio ſolo natae cuiquam perſuadere. Quod ſane tantum abeſt, vt potius omnem lubentes calculum adiiciamus iis, qui pro auctoritate iuris Romani iuſtis rationibus militant contra eos, qui, neſcio quo antiquitatis patriae amore imbuti, nil niſi medii aeui delicias colunt; ſpernunt contra, impugnant, reiiciunt Romana omnia.

§. 12.

Diſtinguendum tamen inter ordines perſonarum.

Attamen quum ii, qui auctoritatem iuris Romani et Germanici inter ſe comparant, vtplurimum in genere hanc rem contemplentur; probe animaduertendum eſt, ſalua illa iuris Romani in vniuerſum conſiderati vi et auctoritate, plane aliam eius rationem eſſe poſſe, ſi tum ordines perſona-

na.

Digitized by Google

narum curatius diſtinguas, tum de ſpeciali argumento disquiſitionem inſtituas, quod vtrumque praeſentis nos iubet inſtituti ratio.

* De vſu iuris Romani et Germanici in genere meliora neſcimus, quam quae ſuppeditant duo ſeculi noſtri decora, Henr. Chriſt. baro DE SENKENBERG in libri *de methodo iurisprudentiae* adpendice 3. *de receptione iuris Romani* §. 9. p. 103. et Dau. Georg. STRVBE von dem Mißbrauche und guten Gebrauche der alten Teutſchen Rechte, in ſeinen Nebenſtunden tom. 5. p. 1. ſq. Prior inter alia *l. c.* §. 8. p. 102. diſerte meminit, quam male ſucceſſionem ab inteſtato, in primis illuſtrem, habuerint ICti, nil ſine lege Romana admittere ſoliti, quantaeque et quam vanae de legitima, in primis illuſtri, in ſucceſſione aut teſtata aut inteſtata lites excitatae fuerint? Poſterior non tam illuſtrium, quam reliquorum Germaniae ciuium iura in lucem poſuit, cuius itaque hic, quod ad illuſtres attinet, veſtigiis inſiſtemus.

§. 13.

Illuſtres inter perſonas, quae ſupremum in Germania ordinem perſonarum conſtituunt, quibusque haec noſtra opera dicata eſt, vim plane nullam iuris Romani eſſe, nequaquam ſtatuimus. Etenim illuſtres etiam Germaniae ciues ſubditi ſunt in eo imperio, quod idem cum illo cenſuerant maiores noſtri, in quo et cui latae fuiſſent

Illuſtres nempe pariter quidem obligantur iure Rom.

Digitized by Google

iſſent leges Romanae; ſubiecti quoque ſunt ſupremae amborum imperii tribunalium iurisdictioni, quibus in iudicando norma iuris Romani inter alia obſeruanda eſt.

§. 14.

in materiis, quae nullam habent ſingularem rationem.

Si quod itaque negotium ita comparatum eſt, vt nulla ſingularis adſit ratio, quo minus illuſtres perinde ac reliqui Germaniae ciues ſecundum Quiritium iura iudicari queant; non eſt, quod neges, etiam illuſtrium eiusmodi in cauſſis Romano iuri locum eſſe, veluti quod in contractibus, praeſcriptione, aliisque id genus negotiis accidere poteſt.

* Quin etiam fieri eatenus poteſt, vt *maior iuris Romani inter illuſtres, quam inter priuatos, vſus* ſit, quatenus nempe horum intuitu iura ſtatutaria vel prouincialia praecedere iuri Romano poſſunt, quae non ſtringunt illos. Quamobrem, modo non ſine omni diſcrimine et cautione ſic ſtatuatur, reapſe non diſſentimus a Sam. STRYKIO in *diſſ. praelim. ad vſum modernum D.* §. 40. hanc ſententiam profitente, quam amplexus quoque fuit Io. Balth. de WERNHER in *obſ. forenſ.* part 1. obſ. 65.

§. 15.

Haec autem fre-

Nihilo tamen ſecius et hoc vel primo intuitu in oculos occurrit, multo inter illu-

luſtres frequentius, quam inter ceteros, quos vocant priuatos Germaniae ciues, re- uera adeſſe ſingulares rationes, quae ſaluo illorum ſtatu neutiquam admittunt iuris Romani adplicationem. Alia certe viuendi ratio; aliud poſſeſſionum genus; alia imperii, cui obſequium debent, conditio; paucior perſonarum numerus; maioris momenti ſingulorum ad ſalutem totius imperii habitus; et ſexcenta, quae ſunt id genus alia, rationem differentiae ſat grauem, ſi quid video, ſuppeditant.

quentior inter illuſtres adeſt,

§. 16.

Quodſi adeo vel ciuici ruſticique generis hominibus licuit licetque moribus ſtatutisue priſtina iura ſeruare, quibus cedere in foro ius Romanum oportet; quanto magis fas erit ſtatuere, longe liberrime idem inter illuſtres et expreſſe et tacite fieri potuiſſe? Quod reapſe quoque factum frequentiſſime fuiſſe, innumera fere pactorum et ſingularis obſeruantiae familiarum illuſtrium documenta docent.

vt iura patria conſeruari oporteat,

§. 17.

Vix tamen vlla vmquam in re iurium adeo diuerſa fuit ratio inter illuſtres et reliquos Germaniae ciues, quam in materia ſucceſſionis, in qua quo magis conuenit

in primis in materia ſucceſſionis.

Digitized by Google

hodierna priuatorum conditio cum ea, quam ante oculos habuere iuris Romani conditores, eo magis prorſus et omnino ab illa differt familiarum illuſtrium ſtatus.

§. 18.

Nam 1) hic ceſſat libera poſſeſſorum diſpoſitio;

In his nempe *ceſſat* primum, quam ius Romanum prae ſe fert, *libera* cuiusque poſſeſſoris *diſpoſitio*. Sed, quae dudum fuit peraequa maiorum noſtrorum diſtinctio, in iis ſolum bonis, quae quis ſua ipſius opera, ſuaue fortuna adquiſiuit, libera primi poſſeſſoris diſpoſitio admittitur; non aeque in iis, quae maiorum induſtria adquiſita poſteris, vt parta tueantur, relicta ſunt, quaeque primus adquirens, dum ea ſuis heredibus relinquit, non filio, non nepoti ſolum, ſed ſerae, quoad cogitari poterit, poſteritati dicauiſſe, merito exiſtimatur.

§. 19.

2) ſemper itaque primo adquirenti ſucceditur;

Quamobrem *non vltimi defuncti, ſed primi* ſemper *adquirentis beneficio ſuccedi*, tanto rectius ſtatuitur, quanto minus in illius poteſtate fuit, aut dare, aut adimere hereditatem auitam, quae potius ipſo iure, ſeu ex pacto et prouidentia maiorum, vti aiunt, in omnes primi adquirentis poſteros vno eodemque iure tranſit, quod a nullo poſſeſſore intermedio violari, ne dicam,

cam,

Digitized by Google

cam, libera diſponendi teſtandiue facultate interuerti fas eſt.

§. 20.

Quin accedit etiam plane contraria iuri Iuſtinianeo *marium prae feminis praerogatiua*, quam in praediis terrisque, in quibus verſabatur potiſſimum hereditas auita, vel ideo ſtatuerunt maiores noſtri; quoniam terris praediisue iſtis inhaerebat proprie militiae officium, quo ſtringebantur ſinguli poſſeſſores, qui eodem reſpectu et ciues et milites erant, quo tamen officio feminae vti fungi non poterant, ita nec in hereditate pari cum fratribus iure ſorores fruebantur. 3) mares feminis praeferuntur.

§. 21.

Quae quidem omnia non illuſtribus ſolum, ſed nobilibus etiam familiis adeo communia ſunt, vt nec horum conditio per vniuerſam fere Germaniam ad hanc vsque diem alia admittat ſucceſſionis principia. Sed multo tamen magis, quod ad illuſtres attinet, de quibus hic proprie ſermo nobis eſt, non ipſa tantum familiarum illuſtrium conditio, ſed vniuerſus imperii Germanici ſtatus ſupremam iacturam pateretur, ſi a priſtinis illis Germanicae ſucceſſionis principiis recedere vellent; ſiquidem non de bonis Nec vel par eſt illuſtrium et nobilium conditio.

Digitized by Google

nis priuatorum, non de praediorum vrbanorum ruſticorumue amplitudine, non de pecuniae quadam ſumma hic quaeſtio eſt, ſed de territoriis, rebuspublicis Germaniae ſpecialibus, quibus ſolis nititur vniuerſa imperii Germanici poteſtas, quibusque niſi conſeruetur priſtino more familiarum illuſtrium ſplendor, inuertendae reipublicae noſtrae periculum adforet.

§. 22.

in primis quatenus hi legibus prouincialibus parent;

Neque demum in eo eſt eadem illuſtrium aliorumque Germaniae ciuium ratio, quod ad leges iis generales ferendas attinet. Quibus nempe quum in ſuo quisque territorio ratione mediatorum Germaniae ciuium modum ſuccedendi praeſcribere poſſit; nihil plerosque ſtatus impediuit, quo minus, ſaluis forte ſingularibus nonnullis conſuetudinariis ſtatutariisue iuribus, ceterum vniuerſe leges Romanas de ſucceſſione adoptarent. Quod, ſi non expreſſis legibus prouincialibus factum, paſſim vel tacitae legis inſtar ita contigit, ut iudicia territorialia qualescumque ſucceſſionis controuerſias ex iure Romano deciderent.

§. 23.

illi autem ſola auto-

Enimuero illuſtres Germaniae familiae, ſi vel in hodierno earum ſtatu ſubſiſtas, legibus

gibus obſequium non debent, niſi ſuo ipſarum conſenſu latis, quoniam Caeſari quidem in illas etiam ſuprema auctoritas eſt, ſed in legibus ferendis non alia, quam ex ſuffragio et conſenſu ipſorum ſtatuum, i. e. in quibus ſunt ipſa familiarum illuſtrium capita. Experientia autem teſte nulla eiusmodi lex adhucdum lata eſt, quae iura familiarum illuſtrium priuata, aut ſpeciatim argumentum ſucceſſionis, in vniuerſum definiat, ſiquidem ea, quae in aurea bulla de tutela ac ſucceſſione electorum occurrunt, ſpecialem electoratuum rationem habent, non familias illuſtres in genere ſtringunt, nec, quae in capitulationibus nouiſſimis de matrimoniis inaequalibus occurrunt, tam noua iura ſtatuunt, quam veterem dumtaxat obſeruantiam firmant. nomia reguntur.

§. 24.

Sed ſi altius rem repetas, antiquae videntur adeſſe leges generales, quae et argumentum ſucceſſionis tangant, et a quibus nec familiae illuſtres excipi iure poſſint. *Legem Salicam* intelligo, *legem Ripuariorum, Boioariorum* et quae ſunt plura eius aeui venerabilia antiquitatis monumenta, quibus ſaltem hodierna ordinum perſonarum diſtinctio non ante oculos verſata fuit, Nam ſunt quidem leges antiquae,

et

et quae tamen inſignia etiam nonnulla de ſucceſſione continent.

§. 25.

quae vel hodierna iura continent,

Immo talia iſtae leges continent, quae ad hanc vsque diem conſeruata manifeſte docent iurium eiusmodi domeſticas easque antiquitate ſua venerandas origines. Quae proinde ad illuſtranda et ab ortu ſuo deriuanda mirum quantum adhuc inſeruiunt iſtae leges, vti vel in primis exemplo praerogatiuae marium prae feminis doceri poteſt.

§. 26.

ſed non tamen valent tamquam leges,

Interea non tamen valent illae leges tamquam leges, poſteaquam haud diu, ex quo latae fuerant, in deſuetudinem abierunt, ne dicam tot ſeculorum decurſu neglectae, obliuioni traditae, et mutato interim plus vice ſimplici reipublicae noſtrae ſtatui haud amplius conformes ſunt. Nec enim, quae adhuc obſeruantur, ſuperſtites earum legum reliquiae hodie ideo valent vigentque, quia in legibus iſtis deprehenduntur, verum ideo ſolum, quia obſeruantiae legibusue cuiusque familiae conueniunt; nec demum omnia, quae in legibus illis ſtatuta ſunt, hodie vſum habent, quia plurima potius manifeſte obſoleta ſunt,

cer-

Digitized by Google

certiſſimo indicio, ipſas leges qua tales haud amplius valere.

§. 27.

In primis notari meretur, hodierna ſucceſſionis familiarum illuſtrium iura ex iſtis ſeculi V. et ſequentium legibus antiquis vel ideo diiudicari non poſſe, quoniam eo tempore nondum poſſeſſiones familiarum illuſtrium ita comparatae fuerant, vti quidem hodie in territoriis iisque hereditariis ſeu feudalibus ſeu allodialibus conſiſtunt. Quamobrem non omnino iſtae priſcae leges hodierno rerum ſtatui quadrant, ſed certo certius eſt, pleraque hodierna hac in re vigentia iura multo ſerius medii nouiorisque aeui temporibus ordinata demum fuiſſe.

et hodierna ſucceſſionis illuſtr. iura ex iis repeti nequeunt,

§. 28.

Quemadmodum vero momentum temporis, quo tum ius procerum hereditarium, tum ſuperioritas eorum territorialis initium ceperit, praeciſe definiri nequit; ita nec quisquam facile indagauerit, quaenam ſit illa aetas, cui hodierna, de quibus agimus, ſucceſſionis iura ſuum ortum debeant. At ſenſim potius ac pedetentim vtrumque contigit, et, quae forte nullius conſuetudinis non eſt origo, quem vna et altera illuſtris familia ſemel haud infelici ſucceſſu adoptauerat

Ea ſerius et ſenſim exorta,

Digitized by Google

uerat ſuccedendi modum, eum et ipſa retinebat in poſterum, quam diu eadem manebat rerum conditio, et aliae familiae eiusdem ordinis, in iisdem circiter circumſtantiis conſtitutae, vel vicinae plane alioue neceſſitudinis vinculo iunctae eadem iura imitabantur, atque ſic paullatim citra legem maiore forſan, quam ſi lex iuberet, conſpirabant concentu.

§. 29.

non ſine impedimento iuris manuarii, Vnicum modo idque maximum huius rei impedimentum erat infelix illud, quod fatalem medii aeui memoriam reddit, *ius*, quod in viribus erat, *manuarium* vocant, ſeu ius belli omnium contra omnes, quod infauſto fato integris ſeculis inueteratum non e litibus ſolum bella, ſed ex inani saepe praetextu diriſſimas turbas, caedes, incendia, rapinas peperit. Qua ratione quoties viribus, non iure certatum ſuper ſucceſſione fuit, in hac non qui ex conſuetudine familiae alioue qualicumque iuris titulo, ſed qui potentia fortior erat, obtinuit; adeo vt hoc quidem reſpectu non ſatis ſecurum ſit, ad definienda familiarum illuſtrium iura exempla medii aeui in medium proferre.

§. 30.

ſed vtplurimum v- Attamen quum et bellis diuina saepe legem det prouidentia, qua quidem fiducia

cia iam veteres Germanos duella Dei iudicia habuiſſe conſtat; partim medio in bello emicuit haud raro iuſtitia cauſſae, partim finis tamen plurimarum cauſſarum, quarum auctores iam in arma ruerant, fere is vtplurimum erat, vt bona demum officia interponerent amici, vicini, ciues, aliiue, quos vocabant, Auſtraegae, quorum notio non tam ſcriptarum legum e notitia, quam ex aequitate a maioribus tradita, moribus et exemplis inſtituebatur. Iisdemque ex fontibus quum et ii haurirent, quorum erat ſententias auctoritate ſuprema ferendas pronunciare; ſaltem hoc intelligitur, quo pacto ſine lege ſcripta fieri potuerit, vt conformia potiſſimum per vniuerſam fere Germaniam in familiis illuſtribus obſeruarentur ſucceſſionis principia. niformia tamen.

§. 31.

Ex quo autem iuris ciuilis Romani in Germaniam irrepſit notitia, eamque vſus fori ſenſim excepit, hoc, opinor, praecipuum pleriſque familiis fuit incitamentum, vt pro ſeruandis priſtinis illi iuri incognitis moribus expreſſis pactis ſtatutisue laborarent. Quibus quum plane domeſtica tantum iura ſtabilirentur, quo antiquiora eorum exempla ſuperſunt, eo puriora in iis leguntur iuris patrii hac in re veſtigia, mirus- Contra impetus iuris Rom. expreſſa ſtatuta ſunt condita;

n

ruſque obſeruatur cuiusque aeui familiarum atque prouinciarum concentus.

§. 32.

ſed immixta ſenſim Romana ipſis ſtatutis familiarum,

Nec tamen vel in pactis aliisue familiarum illuſtrium legibus diu ſubſtitit priſtina morum patriorum pura ſimplicitas, quin ſaltem, quod ad formam attinet, plura immiſcerentur Romana, ſiue vt ipſa lex familiae formam teſtamenti codicilliue Romani indueret, ſiue vt inſtitutum, quod conſeruari familiae intererat, reapſe licet pure Germanicum, nomine ſaltem Romano, veluti fideicommiſſi, legitimae cet. inueſtiretur.

§. 33.

et ſententiis.

Neque demum in ſententiis, ſiue Caeſaris auctoritate latis, ſiue ab Auſtraegis arbitrorum inſtar pronunciatis, auerti potuit, quo minus controuerſae principum comitumue ſucceſſiones in medium vocatis iuris Romani, ne ſatis quidem recte ſemper intellecti, rationibus deciderentur.

§. 34.

Speciatim primogenituræ obfuit ius Rom.

Inter alia haud poſtrema haec fuit ratio, cur *ius primogeniturae*, quo hodie feliciſſime vtuntur plurimae illuſtres familiae, tam difficulter, tamque ſero in pleris-

risque introduci potuerit. Poſtgenitorum enim legitima quum ſalua relinquenda neceſſitate iuris videretur, ſecus ac per ius primogeniturae fieri poterat; vix credibile eſt, quas ad auertendam inofficioſi querelam explendaeue legitimae condictionem operoſas adhibuerint artes, nomine ſaltem ac ſpecie quadam muniendi, quae reuera tueri pro rerum circumſtantiis nec opus erat, nec natura rei patiebatur.

§. 35.

Qua in re quam parum adhuc haud ita pridem ſuos ipſorum mores ſibi ſufficere opinati ſint noſtrates, vel inde porro conſtat, quod ne contenti quidem Romanis deliciis ad Gallorum plane, vel Hiſpanorum mores confugerent, ſuaque patria et nomina et inſtituta quaſi exoſi ſeu adſpernati ſaltem peregrina apanagii paragiique nomina non ſine rei ipſius periculo in pacta, iudicata, legesque noſtratium inferrent. aliorumque peregrinorum iurium vſus.

§. 36.

Specialis denique *feudorum* reſpectus ſi quando interceſſit, veluti quod pro frequentia feudorum allodiis familiarum illuſtrium intermixtorum numquam fere non contingit; in illis principaliter quidem ius Romanum normae loco non adhiberi conſueuit, In feudalibus Longobardica adhibita.

ſueuit, et quidem non ideo tantum, quod inſtituto huic eius plane neſcium ius parum quadraret, ſed iccirco potiſſimum, quod eodem iuris ciuilis corpore, quod theſauros iuris Romani ſuppeditabat, continebantur etiam ſingulares feudorum libri. Eadem vero ex cauſſa licet hi feudorum libri Longobardica, non Germanica proprie ſaperent, his prope neglectis, et ſoli adiri conſueuerunt, et, quod magis incongruum erat, qualicumque occaſione non ex propriis i. e. Germanicis feudorum originibus ac rationibus, ſed ex iure Romano vel obtorto collo interpretationem pati debuerunt.

§. 37.

Hodie patria iura magis culta,

Quae quum ita ſint, cultiori demum aetati noſtrae hoc tribuendum eſt, quod, ſepoſita magis praeconcepta illa et inuicta fere opinione de auctoritate iuris Romani omnimoda, paullatim dubitari coepit, an recte iſta omnia ſe habeant. Id quod culta melius hiſtoria, detecto priſco illo de habitu iuris Romani ad Germaniam errore, et apertis purioribus iuris patrii fontibus maiore cum ſucceſſu fieri potuit.

§. 38.

iuſtaeque normae

Si qui autem, iuſto maiore patriarum rerum quaſi poſtliminii iure inſtauratarum

amore

amore ſe rapi paſſi, nihil amplius Romani iuris admittere, et e qualicumque medii aeui monumento ſtatim ius Germanicum, quod hodie adhuc et vniuerſe valeat, contendere ſatagunt; ii quidem in alteram partem excedunt manifeſto. Aſt vero, quod iam ſupra monuimus, alia tamen eſt illuſtrium, alia aliorum Germaniae ciuium ratio, in primis quod ad argumentum ſucceſſionis attinet. Quod vt propius nunc intelligatur, operae pretium erit, ex hactenus dictis *ſpecialiores* quasdam *normas hodierno rerum ſtatui adcommodatas* colligere. nunc tradi poſſunt,

§. 39.

Primo loco in eo omnes hodie conueniunt, in decidenda quacumque familiarum illuſtrium controuerſia ante omnia ſuas *cuiusque familiae leges ſpeciales* attendendas eſſe, adeo vt, quae in his diſpoſita ſunt, omni alteri iuri citra omnem controuerſiam praeferenda ſint. Cuius rei vnica quidem datur exceptio, ſi qua ſcilicet lex imperii exſiſtit directe ea mente lata, vt contrarium a nullo plane Germaniae ciue, ſeu ſpeciatim nec ab vlla familia illuſtri ſtatui liceat, veluti quod intuitu iuris primogeniturae electoralis, intuitu Auſtraegarum etc. contingere poteſt. Ceteroquin vero ordi- Prima norma eſt lex cuiusque familiae.

Digitized by Google

ordinarie communia Germaniae iura non aliter, quam ſaluis familiarum illuſtrium legibus ſpecialibus, valent, nec familiis iſtis ſecus, ac iuri communi conueniret, paciſci aliasue diſponere prohibitum eſt.

* Qualiacumque igitur vel olim placuerint, vel adhuc placeant familiis illuſtribus ſiue cunctis, ſiue vni alteriue; omnino ideo admittenda ſunt, quia ſic placuerunt placentue, nec vlla vmquam in parte ſecus, ac placuiſſe vel placere conſtat. Aut enim vtuntur familiae iſtae autonomia, aut ſecus. Sin hoc; plane nulla valeret earum diſpoſitio. Sin prius, quod per ſe manifeſtum eſt; contra illud, quod vi autonomiae ſtatuunt, nihil recte iis obtruditur Adeoque quae ex ſuis propriis rationibus quaelibet familia ſtatuit, ea, qualicumque alteri iuri ſiue conueniant, ſiue non conueniant, non ex hoc, ſed ex libera cuiusque familiae diſpoſitione, huiusque ex domeſticis rationibus multo potius, quam ex omni alio iure repetenda ſunt.

§. 40.

intuitu omnium ab auctore legis oriundorum;

Neque ſolum leges iſtae illuſtrium familiarum eius indolis ſunt, quales ius Romanum, paterfamilias vti de re ſua legaſſit, ita ius ſit, ſtatuit. Verum ſiue teſtamenti, ſiue pacti, ſiue qualiscumque alterius ſtaturi legisque familiae nomine condita fuerit eiusmodi lex ſiue a primo adquiren-

rente, ſiue ab alio familiae capite, ſiue a pluribus inter ſe inuicem agnatis; *intuitu poſterorum a primis legis auctoribus oriundorum*, ſi modo illorum menti id conuenit, *in infinitum* vim obligandi habet, vt alter altero inuito recedere ab illa non poſſit, nec mutari adeo talis lex, niſi vel a nouo capite familiae ſuorum poſterorum intuitu, vel recedente ab illa omnium agnatorum conſenſu, queat. Quapropter haud raro accidit, vt in decidenda hodierna familiae illuſtris controuerſia ad leges familiae iam aliquot ante ſecula conditas recurri debeat.

§. 41.

Nec certe hac de re, ſi modo lex familiae clara in promtu eſt, tam facile dubitatio ſuboriri ſolet, quum et iis, qui deditiſſimos iuri Romano ſe profitentur, facilem anſam praebeant excuſandi ſuo more hanc, quam vitare prorſus nequeunt, ſingularitatem, brocardica, quae in eorum ore verſantur: *pacta dant legem contractui, prouiſio hominis tollit prouiſionem legis*, et quae ſunt id genus reliqua.

id quod vix quisquam negat.

* I. Quantumuis autem contraria iuri Romano ſint pacta ſucceſſoria; etiam huic rei, mirandum, quale remedium attulerint fertilia ICtorum

ingenia. "*Certum eſt,*" (inquit Vlr. ZASIVS *reſponſor. ſiue conſil.* lib. 2. conſil. I.) "*quod in-*
„*ter milites pacto poteſt dari hereditas, etiamſi ad*
„*belli diſcrimen non pergant. - - - Sed duces et*
„*comites ſunt milites. - - - Quidquid ergo militibus*
„*eſt indultum, idem ducibus indultum cenſeri, tanto*
„*felicius, tanto praerogatius, quanto ſunt principes*
„*militibus eminentiores ; - - - maxime quum princi-*
„*pes Germ.* (haec egregie addit Andr. GAIL. lib.
„2. obſ. 127. n. 9.) *ſemper caeſari et imperio mi-*
„*litare, et ſumtus bellicos occurrente publica neceſ-*
„*ſitate ex lege imperii praeſtare teneantur.*" Heu quantae ſapientiae hoc ſpecimen!

* II Nec magis acu rem tangunt, qui familiarum illuſtrium contra ius commune paciſcendi libertatem ex poteſtate ſtatuum legislatoria repetendam opinantur Haec enim in ſubditos, non in ipſis ſtatuum familiis exercetur. Hic autem de autonomia ipſarum familiarum ſermo eſt, quae locum habere poſſet, ſi vel maxime nulla iis eſſet in ſubditos ferendarum legum poteſtas.

§. 42.

Sed quid, ſi lex familiae non adeſt, vel ambigua, obſcura videtur?

At vero, *ſi* vel *lex familiae deeſt*, vel qualicumque demum ſpecie ambiguam admittit interpretationem, *aut obſcura* ſaltem videtur; tunc citra moram ii, qui aut patriarum rerum non ſatis gnari, aut iuſto maiore Romanarum legum cultu imbuti ſunt, confeſtim ad ius commune ruunt, ſeponendo legem familiae, quam profiten-

tur

tur obſcuram, aut interpretando, quam cenſent ambiguam, ex iure communi, aut ſimpliciter adplicando hoc, vbi legem familiae nullam expreſſam oculis cernunt. Quae tamen omnia quanta iniquitate laborent, aequiore mente perſpicietur, ſi paullo altius rem repeti non piguerit.

§. 43.

Quodſi omnem familiarum illuſtrium ſucceſſionem, qualis hodie obtinet, in vnum conferas ſibique inuicem compares; manifeſtum eſt, *hodie* illam omnem in eo conuenire, vt *aut primogeniturae* obſeruetur ordo, *aut* caſu eueniente *diuiſio* adhuc admittatur, praeterquam quod in ſingularibus nonnullis vnius alteriusue familiae bonis iuribusue ſenioratus ſeu maioratus, aut alternatio, vel communio vigeat. In quocumque autem ſucceſſionis genere ordinando non poteſt non attendi diuerſa bonorum, feuda, an allodia ſint, qualitas; adeo vt multifariam ea, quae vel initio de feudis ſolum valuerant, eorum ob multitudinem, et quia feudorum iuri adeo adſuefacti erant maiores noſtri, in allodiis etiam inuecta ſint.

Tunc generatim vel primogenitura, vel diuiſio obtinet.

§. 44.

Enimuero quidquid ex natura feudorum vel qualicumque eorum ratione habita

Vtrique autem

Romana non quadrant.

ta inualuit, a iure Romano non minus alienum eſt, quam omne, quod ad ſpeciales illos ſuccedendi modos attinet, qui in communione, alternatione, ſenioratu, primogenitura verſantur. Quibus ſane cunctis ius Romanum tam parum quadrat, vt mirandum foret, qui vel de adplicando illo hic cogitari poſſet, niſi iam aliis exemplis doceremur, noui nihil eſſe, (ſed nec iuſtum ideo), quod pro ampliando iuris Romani vſu ſumma imis miſceantur, quadrata rotundis.

§. 45.

Licet enim diuiſio iuri Rom. conuenire videatur,

Sed diuiſioni, inquies, Romana tamen quadrant, quum nihil conuenientius huic iuri ſit, quam vt hereditas in ſuas vncias diuidatur, quoties pluribus eodem iure eam deberi contingit, adhibita ſolum diſtinctione, vtrum in capita, an in ſtirpes diuiſio inſtituenda ſit. Et eatenus proinde ſummo iure adhibendus videri poſſet iuris Romani vſus, quatenus familiae illuſtres vel adhuc iure diuiſionis vtuntur, vel ſuperſtites ſaltem ex olim facta diuiſione reliquias habent.

§. 46.

haec diuiſio tamen

Nos vero nec diuiſionem, ſiue eum ſuccedendi modum, quo caſu eueniente diui-

Digitized by Google

diuiſio admittitur, qualis in illuſtribus Germaniae familiis obſeruatur, Romano cum iure conuenire, nec illius adplicationem admittere, vel ex ea ratione ſtatuimus, quod ſingularis plane diuiſionis iſtius Germanicae indoles eſt, firmiſſima autem regula manet, e legibus incognita iis inſtituta diiudicari non poſſe. reuera ab eadiffert.

* Non incongrue NEVMANNVS in *iur. priu. pr.* tom. 5. p. 110. §. 159.: "*Vix ferendi ſunt*, inquit, *Schilterus*, *Thomaſius*, *Ludolfus*, *Titius*, „*aliique*, *dum aequalem principatuum in Germa-* „*nia diuiſionem a recepto iure Romano arceſſunt.* „*Nam prius longe diuiſiones, quam ius Romanum,* „*inualuere, vtut recepto iure Romano maius diui-* „*ſionibus incrementum acceſſiſſe non negauerim.*"

§. 47.

Nimirum ipſae diuiſiones in familiis illuſtribus, quarum poſſeſſiones potiſſimum in territoriis conſiſtunt, non praeciſe in partes aequales, inſtar aſſis in duodecim plane aequales vncias diſtribuendi, fieri poſſunt. Neque olim in primis, quum peregrinis moribus nondum infecti eſſent noſtrates, fere vmquam eae ſic inſtitutae fuerunt. Sed pro territoriorum ſitu rerumque circumſtantiis quot forte territoria ſeorſum conſtitui commode poterant, tot fiebant hereditatis auitae partes, quae, tantum abeſt, vt aequales ſemper fuiſſent, vt potius fere vtplurimum natu maiori portio Nam 1) non ſemper aequalis eſt,

tio multo maior adſignaretur, quam reliquis; quo tamen non obſtante diuiſio, non primogenitura cenſebatur, quam diu iura ſingulorum modo catenus aequalia reddebantur, vt, quot perſonae, tot domini territoriales fierent.

§. 48.

2) datur diuiſio, qua tollitur ſucceſſio reciproca,

Deinde, quod neſcio, vtrum ex feudorum conſuetudine, an ex generali priſtino more ortum traxerit, *duplicis generis* obſeruabatur olim in familiis Germaniae illuſtribus *diuiſio: altera*, qua diſerte reſeruabatur diuidentium poſteris ſucceſſio reciproca in caſum, ſi altera linea exſtingueretur; *altera*, qua non reſeruabatur, et caſu eueniente proinde negabatur lineae ſuperſtiti in exſtinctae bona ſucceſſio.

§. 49.

adeo vt non niſi ex reſeruatione ſuccedatur,

Haec diuiſionum diſtinctio tanti in Germanica ſucceſſione momenti eſt, vt in omni ſucceſſione collaterali reuera non agnatio, non proximitas ſanguinis, ſed ſola reſeruatio ſucceſſionis in iſtum euentum verum ſucceſſionis fundamentum ſit, et vt cuncta reliqua iura potiſſimum inde pendeant.

§. 50.

tum in feudis,

Praeterquam enim, quod *in feudis ſimultanea inueſtitura*, ſeu, quam vocant, con-

Digitized by Google

coniuncta manus, (geſammte Hand) cum in finem adhibetur, vti Saxonico iure adhucdum perpetuus, et vel citra illud in familiis illuſtribus frequentior, quam vulgo creditur, eius vſus eſt, immo vniuerſalis olim per Germaniam fuiſſe veroſimillime videtur; certe in allodiis etiam tot manifeſta conſtant huius rei monumenta, vt nec, in his eadem viguiſſe olim principia, negari queat. tum in allodiis

* De feudis ſufficiet nominaſſe hic SCHILTERI diſſ. *de inueſtitura ſimultanea principum imperii*, et poſt ea, quae obmouit Schiltero GVNDLINGIVS in *Gundlingianis* P. 3. p. 191. ſq., RICCIARDVM DE ANTIQVIS *de vſu iuris feudalis Longobardici* §. 47. ſq. Quibus addi meretur LVDOLF *ſymphor. conſult. forenſ.* vol. 3. conſult. 10. p. 278. ſq. et ill. Ge. Lud. BOEHMERI progr. *de feudi communis diuiſione* (Goetting. 1748.). De allodiis ſimile quid ex ſequentibus liquebit.

§. 51.

Vnica nempe ex hac ratione intelligi poteſt, quomodo fieri olim potuerit, vt tam frequenter ex vno communi ſtipite deſcenderent duae pluresue diuerſae prorſus familiae, quarum vnitas ſaepe in obliuionem plane abiit, et vix vmquam a poſteris crederetur, niſi manifeſtae probationes genealogicae agnationem clare docerent. Quae ſcilicet eſt primi illius generis diuiſionum indoles, quas vocabant totales, perpe- quo caſu quot lineae, tot gentes conſtituuntur;

petuas, aeternas diuiſiones (Grund- und Todt-Theilungen), vt ne nomen quidem et inſignia communia poſteris ſic diuiſis manerent.

* Sic e. g. conſtat, ab vno communi ſtipite olim ortum traxiſſe familias de *Teiſterband, Heusden, Berg, Cleve, Mark, Arenberg*, iterumque familias *Saynenſium Sponhemenſiumque* comitum, item *Habsburgicorum*, *Zaehringenſium*, *Badenſium* comitum principumque, et vel ſexcentas alias, quarum vna ſtirps nihilominus exſtinctae alteri haud ſucceſſit, vti nec nomen nec inſignia communia retinuerunt. Qua de re ceterum ex inſtituto egit ill. Io. Ge. ESTOR in diſſ. *de terrarum partitionibus illuſtrium, praeſertim ea, quae vocatur* Todtheilung, Marb. 1746., inque ea p. 7. §. 11. in teſtimonium vocatus Io. Ad. KOPP, additis ex gloſſario eius MS. verbis lectu dignis ſub voce Datteyle, Datteilonge.

§. 52.

filiaeque prae agnatis ſuccedunt.

Quodſi itaque facta eiusmodi diuiſione totali vna ſtirps e diuidentium poſteris exſtinguebatur; perinde erat, ac ſi tota quaedam familia exſtincta eſſet, nec de ſucceſſione alterius ſtirpis cogitabatur amplius. Verum ſi quae ſupererant exſtinctae ſtirpis feminae earumue poſteri, iis ius ſuccedendi nunc apertum cenſebatur, excluſis ſuperſtitibus alterius lineae maſculinae agnatis.

* I. Et haec quidem, niſi omnia nos fallunt, eſt vera ratio praerogatiuae in talibus caſibus feminae propiori prae agnatis remotioribus vindicatae. Quam proinde non ſine ratione tuetur ill.

ill. Io. Iac. REINHARD in libello lectu digniſſimo, cui nomen dedit: Abhandlung von dem Erbfolgerecht der Töchter vor den Stammvettern in Teutſchen Reichs-Allodien. Gieſſ. 1746. 4. Nimirum eatenus, ſi quando facta fuerat eiusmodi diuiſio totalis, omnino locum habebat illa feminae prae maribus alterius lineae praerogatiua. At non tamen generalem hanc ſtatuere ideo poterimus, ſed in omni caſu, quando praeceſſerunt filiae agnatis maribus, colligere licebit factam antea diuiſionem huius rei cauſſam. Et hoc forſan modo conciliari poterunt, quae in alteram partem disputauit Io. Pet. DE LVDEWIG in den wöchentlichen Halliſchen Anzeigen 1737. num. 19. 20.

* II. Speciale quoddam exemplum, quo filiae *Saynenſes* contra maſculos lineae *Witgenſteinenſis* hisce argumentis vſae ſunt, comparari meretur cum iis, quae, adlegato ſimul KLOCK. part. 1. conſil. 7. n. 1002. notauit LVDOLF *de iure fem. ill.* P. 2. cap. 1. §. 12. n. I., vbi in fine, "*fruſtra*", ait, „*nitentur maſculi regula illa de excluſione feminarum, quum ſeparatione linearum, et renunciatione pleniſſima facta ſine vlla reſeruatione, fuiſſent in perpetuum exclusi*"

* III Ceterum eruditionis plena huc pertinet diſceptatio cauſſae cuiusdam illuſtris in familia comitum Leiningenſium, cuius ſingula ſcripta recenſet *bibliotheca deductionum* IENICHENIO-LIPENIANA ſub voce Leiningen p. 742. ſq.

§. 53.

E contrario in altero diuiſionis genere ſucceſſio reciproca vnius lineae in alterius exſtinctae bona, ſeruata quoque marium prae feminis praerogatiua, locum habebat, ſed non ex ſola agnatione, quippe quae nec in

Collaterales itaque iure communionis ſuccedunt,

in priori diuiſionis ſpecie deſinebat, ſed ideo, quia primi diuidentes pro ſe ſuisque poſteris diſerte ſibi ſtipulati fuerant reciprocam iſtam ſucceſſionem, atque hanc tunc ita quidem, vt nec tolli nec diminui ab vna linea inuita altera poſſet. Vnde vel ipſius proprietatis ac dominii eatenus communionem ſeruabant, vt diuiſio iſtiusmodi non tam de proprietate, quam de vſu et poſſeſſione ſolum facta cenſeretur; proprietas autem totius familiae omniumque agnatorum ſingularum ſtirpium communis *habebatur*, eiusque rei in ſignum tunc nominis quoque et inſignium, ſaepe et bonorum nonnullorum certorumue redituum ſeu iurium communio retinebatur.

* I. Quam frequentes olim huiusmodi communiones in familiis illuſtribus obtinuerint, vel ex ipſis imperii legibus paſſim adparet, veluti ex I. R. 1576. §. 101., vbi: da zween, drey oder mehr Stände in Beſitz und Nieſſung einer unzertheilten Herrſchaft ſeyen, - - - daß in ſolchem Fall allemahl der Stand, ſo das Stammhaus beſitzlich inne hat, zu Erlegung der Reichs-Steuern - - angelanget werden ſolle.

* II. Generatim vero, quam caute diuidentes fratres, ſi reciprocam poſteris ſuis futuram ſucceſſionem conſeruare vellent, expreſſa ſtipulatione ea de re ſibi proſpexerint, e ſexcentis vnico dumtaxat exemplo illuſtrabimus. *Ducum* nempe *Bauariae* in familia quum tres ducis Stephani fibulati filii, Stephanvs II., Friedericvs et Io-

IOHANNES; paternas terras diuiderent anno 1392, en expreſſum ſimul mutuae ſucceſſionis pactum, (quo, ſi ipſo iure illa certa fuiſſet, ſuperſedere potuiſſent), hisce verbis conditum: "Wir Stephan, Friedrich und Johanns Gebrüdere : : : bekennen : : für uns, für alle unſere Erben und Nachkommen, daß wir : überein worden ſeyn, unſer Land zu Ober : und Nieder : Bayern mit einander zu theilen : : : . Wir bekennen auch mehr, daß wir unſer Land : : : mit Erbſchaft auf einander vermacht haben, und vermachen auch mit dem gegenwärtigen Briefe in ſolcher Maaſſe: Ob unſer einer oder mehr von Todes wegen abgienge, da Gott lange vor ſey, und nicht eheliche Söhne lieſſen; ſo ſollen die andere unter uns, oder ihre Erben, das eheliche Söhne wären, deſſelben, der da abgegangen wäre, Land und Leute, Veſten und Schloſſe, als wir die jetzt mit einander getheilt haben, oder die er nach der Theilung gewönne oder in ſeine Gewalt brächte, gleich erben, mit aller ihrer Zugehörung. Welcher aber unter uns oder unſern Erben Töchter ließ, die nicht berathen wären, dieſelben Töchter ſollen die andern Herren verheyrathen, berathen und verſorgen, nach ihren Ehren, als ſie ihr ſelbſt Kind wären, ohne alles Gefährde; alſo, daß unſer aller Land und Schloß allezeit bey dem Namen und Fürſtenthum zu Bayern bleiben ꝛc. Lünigs Reichsarchiv part. ſpec. (vol. 5.) I. Th. p. 583.

* III. Adde, ſi lubet, *pactum diuiſionis familiae Saxonicae*, ex qua adhuc ſuperſunt ambae lineae, fratrum nempe ERNESTI et ALBERTI, qui diuiſioni anno 1485. initae expreſſam adiecerunt conditionem: Doch daß derſelbe unſer lieber Bruder, Wir und unſer beyder männliche Leibes-Erben, und desgleichen derſelben Erben für und für, ohne Abgang auf Ewigkeit, mit allen unſern Fürſtenthum, Land und Leuten, und Angehörun-

gen in geſammten Lehen, Erbhuldung, Erbeinung, Hülfe, Rath, brüderlichen, freundlichen und getreuen Beyſtand unzertrennet mit einander ſitzen, ſeyn und bleiben, das auch ernſtlich mit Nothdurft Verſchreibungen verſorgen, beſeſten, und als oft es fürder ins zukünftige Noth wird, erneuern ſollen, damit das unmöglich (forte ewiglich) in Weſen bleibe; Alſo beſcheidentlich, ob geſchähe, daß unſerer einer ohne männliche eheliche Leibes-Erben, oder dieſelben, ſo er die lieſſe, hinführo ohne männliche eheliche Leibes-Erben abgiengen, (das Gott durch ſeine Gnade nicht verhänge) daß alsdenn des, oder derſelbe ohne männliche eheliche Leibes-Erben abgegangen, gehabte und gelaſſene Fürſtenthum und Land und Leute in und auf den andern, oder ſeine männliche eheliche Leibes-Erben, ſo die Zeit noch am Leben, Zuſtand, (forte zu Stund) ohne Mittel, und ohne allen Eintrag einzunehmen, können und gefallen ſollen, darnach fürt, als das ihre inne zu haben, zu beſitzen, zu behalten, zu genieſſen und zu gebrauchen, ohne alles Gefährde. Lünigs Reichsarch. part. ſpec. contin. 2. (vol. 8.) p. 246.

* IV. Quin ſi perueſtigaueris etiam omnia reliqua familiarum illuſtrium pacta, quibus diuiſiones ita factae, vt vel poſthaec iam coaluerint iterum plures olim diuiſae lineae, vel vt adhuc ſucceſſio mutua olim aliquando locum habere poſſit; nullum, ſpondeo, inuenies, quin expreſſam eiusmodi clauſulam contineat. Et quamuis fieri ceterum poſſit, vt nonnumquam pactis firmentur, quae iam alioquin iuris certi eſſent; hic tamen non mirus tantum omnium conſenſus, ſed et hoc praecipue contrarium docet, quod ex aliis exemplis, non reſeruatam in diuiſione futuram ſucceſſionem poſthac nec locum habuiſſe, conſtet.

§. 54.

omnino ſecus

Etiamſi itaque haec ſucceſſionis Germa-

manicae ſpecies cum Romana collateralium ſucceſſione eatenus conuenire videatur, vt facta a maioribus diuiſio non tollat ius ſuccedendi poſterorum reciprocum; ſumma tamen vtriusque iuris differentia vel ſexcentis e capitibus adparet, veluti in eo in primis, vt iure Romano non opus ſit, expreſſe reſeruari a diuidentibus futuram poſterorum ſucceſſionem, ſed viciſſim quoque, vt illo iure nulla ſtatuatur proprietatis inter diuidentium poſteros communio, adeoque nihil circumſcribat liberam cuiusque poſſeſſoris dispoſitionem, et modo eatenus locum habeat reciproca ſucceſſio, quatenus nulla alienatio ſeu dispoſitio in contrarium interuenit; ne dicam marium prae feminis praerogatiuae ius Romanum plane neſcium eſſe. ac iure Rom.,

§. 55.

Quid quod in eo etiam inſignis hic iuris Romani patriique differentia eſt, vt illo iure ſolum ideo collaterales ad ſucceſſionem vocentur, quoniam deficientibus deſcendentibus et adſcendentibus lex illis ius ſuccedendi ab inteſtato tribuit, idque nullo habito priſtinae diuiſionis reſpectu, ſed vnice ex propinquitate graduum agnationis ſeu cognationis aeſtimandum, adeo vt proximus indiſtincte excludat remotiores, plu- quo nulla priſtinae diuiſionis ratio habetur, ſed tantum propinquitatis.

resque gradu aequales, excepto ſolum iure repraeſentationis inter fratrum liberos, ſimul aequis partibus admittendi ſint. Patriis autem ex moribus hic tanta factae olim diuiſionis habetur ratio, vt vel ceſſet plane ius ſuccedendi in bonis in iſta diuiſione non comprehenſis, ſed poſthac demum ab vna ſtirpe adquiſitis.

§. 56.

Succeſſio Germanica autem lineas magis ſequitur, quam gradus

Nec certe tam graduum, quam ſtirpium rationem haberi in hoc Germanico ſuccedendi more, vel inde patet, quod, quamdiu in linea quadam poſteri adhuc ſuperſunt, numquam ſucceſſio iſta Germanica in aliam lineam egrediatur, ſi vel maxime, quod omnino contingere poteſt, in alia quadam linea gradu propior fuerit agnatus, cui propterea Romano iure citra controuerſiam deberetur ſucceſſio.

* Recte Nevmannvs in *iure priu. princip.* tom. 5. p. 212. §. 317. hanc regulam adſtruit: "*Quamdiu adſunt perſonae ex eadem, qua defunctus, linea ortae; graduum proximitas nihil prodeſt iis, qui conſtituuntur in linea diuerſa*" Nec minus recte Lvdewigivs in *reliquiis MStor.* tom 7. p. 207. not 19. ait: "*Linealis ſucceſſio eſt Germanica; nam gradualis propria Latio. Hodieque in S. R. I. principatibus tragicae in his lites ac caſus, qui tamen facile componi poſſent finium regundorum iudicio patrii et Romani iuris.*" Adde, e multo pluribus, iisque antiquioribus ICtis, Iac. Menochivm tom. 3. *conſil.* 269. n. 40.

40. p. 337., Herm. VVLTEIVM *de feudis* lib. 1. cap. 109. n. 112. p. 543., Conr. RITTERSHVSIVM *partit. feud.* lib. 1. cap. 12. quaeſt. 8. p. 162.

§. 57.

Quodſi porro fingas caſum, tres fratres terras paternas ſeu auitas reſeruata poſterorum ſucceſſione reciproca diuiſiſſe; anne vmquam probabile erit, reſeruationem iſtam,* quae, quod probe notandum, vnicum ſucceſſionis deinde fundamentum eſt, in eum euentum, ſi vna e tribus lineis exſtinguatur, ita inſtitutam fuiſſe, vt reliqui duo fratres ſuperſtitum ſtirpium auctores futuram illam ſucceſſionem incertiſſimo caſui commiſiſſent, vtrum vna alteraue in ſtirpe tempore exſtinctae tertiae ſtirpis vltimo defuncto gradu propior adforet, reliquos plane excluſurus, an caſu mere fortuito aequales gradu in vtraque linea ſuperſtite adfuturi eſſent?

et, quod maiorum diuidentium intentioni conuenit,

* Nec ab hoc ratiocinio alienus eſt, quem ſaepius laudauimus, peritiſſimus harum rerum NEVMANNVS *l. c.* p. 517. §. 757, vbi: "*A legum ciuilium inſtitutis ſi animum abſtrahamus atque ad ſolam praeſumtam defuncti voluntatem attendamus --*, *facile*, inquit, *colligitur*, -- *ſucceſſionem omnino iure repraeſentationis in ſtirpes fieri debere, nec praeciſe graduum proximitatem eſſe reſpiciendam.*

§. 58.

Euoluas, quaeſo, hiſtoriam familiarum Germaniae illuſtrium ſpecialem. E ſex cen-

in ſtirpes fit, perpe-

tuo repraeſentationis iure; centis certe haud facile vnicam reperies, immo, niſi nouiore aeuo iuris Romani forte principiis infecta fuerit, nullam, credo, quae praeciſe graduum computationem adſumſerit in normam, et quae non potius ſuae cuique ſtirpi, nulla facta graduum mentione, ſucceſſionem futuram tribuerit. Nec ſimiliter innumera quaerenti deerunt exempla, quibus exſtinctae vni lineae ſuperſtites duae pluresue alterae ſucceſſerint citra reſpectum graduum, nec tam in capita, quam in ſtirpes, iure quaſi repraeſentationis in infinitum admiſſo.

* I. Qui de eo, quod hic proferimus, cupit *exemplis* inſtrui, quorum quidem amplitudinem noſtra non capit ſcriptiuncula; ei ſumma cum fiducia commendamus libellum eximia eruditione ac ſoliditate conſcriptum, cui inſcriptio: Georg Ernſt Ludewig Preuſchens rechtliche Ausführung, daß die Lehensfolge der Seiten-Verwandten in theilbaren Lehnen nach den Stämmen, und nicht nach dem nähern Grade zu beurtheilen ſey. Frankf. 1751. fol., vbi p. 45. ſq. in promtu ſunt operoſe conquiſita exempla familiarum illuſtrium ſat multarum, veluti Bauaricae, Saxonicae, Brandenburgicae, Palatinae, Brunſuico-Luneburgicae, Megapolitanae, Würtenbergicae, Haſſiacae, Badenſis, Holſaticae, Anhaltinae, Naſſouicae, comitumque de Bentheim, Caſtell, Limburg, Lippe, Reuſs, Waldeck, Wied, Witgenſtein, Yſenburg, atque Wild- et Rhingrauiorum.

* II. *Ius repraeſentationis* etiam inter collaterales *in infinitum* haud inique admitti, iam plures ſtatuerunt, veluti Nic. BETSIVS *de pactis famil. illuſtr.*

illuſtr. cap. 9. §. 66. p. 420., Ge. Ad. STRVV in *ſynt. iur. feud.* obſ. ad cap. 9. n. 4. p. 54., Ioannes a SOMERN *de iure repraeſentationis* cap. 3. §. 4. p. 33., §. 6. p. 34.

§. 59.

Immo, ſi quid videmus, haec fuit tam vniuerſalis Germanico more ſuccedendi conſuetudo, vt nec iure feudali Longobardico, quantumuis ceterum paſſim a moribus Germanicis alienum, illa prorſus mitti potuerit. Quodſi enim celeberrimum illum textum II. F. 50., remota omni praeconcepta opinione, penitius conſideraueris; certe non aliam quam hactenus deſcriptam Germanicam collateralium ſucceſſionem in ſtirpes in eo deprehendes, id quod perſpicaciores nonnulli iuris iſtius interpretes haud obſcure intellexerunt, licet vix aliqui ſententiam iuri Romano non plane conformem vel profiteri auſerint. quod nec iuri Longob. aduerſatur.

* In primis hic legi merentur Franc. HOTOMANNVS in *comm. ad libr. feud.* p. 304. ſq., et in *diſp. de feudis* cap. 19. p. 61., Huld. ab EYBEN in *elect. iur. feud.* cap. 7. n. 11. p. 575. ſeq., Caſp. BITSCH in *comm. in conſuetud. feudor.* lib. 2. tit. 50. n. 12. p. 652., et, qui primo loco nominandus erat, Friedericus a SANDE *ad Gelr. conſuet. feud.* tit. 3. cap. 2. §. 1. in operib. p. 88.

§. 60.

Sin demum, quod ſuſpicamur, hodie tamen haec omnia vix exemplo amplius firmari nec hodie ſublatum eſt.

mari poſſe, nec adeo obſoleta medii aeui iura tantam curam mereri, argueris; hoc vnicum non poſſumus non monere, hodie primum plerasque tantum non omnes familias illuſtres adoptaſſe ius primogeniturae, vi cuius eo ipſo ceſſat omnis diuiſio. Deinde ſi hodie lineae exſtinctae vtplurimum ſuccedit altera, ſepoſitis quoque femineis prioris poſteris; id non tam probat, in deſuetudinem abiiſſe priſtina iura, quam quod ſingulae illae familiae, in quibus ſucceſſio ſtirpium reciproca locum habet, hanc tempore diuiſionis factae vel ſubſecutis pactis expreſſe reſeruauerint. Nec deſperauerimus tamen, ſi vel hodie ſupereſſe lineas vnius familiae iure ſuccedendi deſtitutas demonſtrare nos oportuerit.

§. 61.

Nec dum itaque modus ſuccedendi ex diuiſione,

Sed ne iuſto fuſius pro ratione inſtituti huic ſoli capiti inhaerere videamur, vlteriorem eius rei diſquiſitionem vel aliis temporibus vel aliorum curis lubentes relinquimus; contenti interim, non ſine omni argumentorum vi ſaltem hoc edocuiſſe, quod nec ille ſuccedendi modus, quo diuiſio in familiis illuſtribus admittitur, vel admiſſae olim ſuperſtites reliquiae ſunt, cum iure Romano conueniat. Quod praeſertim ideo paullo amplius exponere opus erat,

rat, quoniam de reliquis ſuccedendi modis ex primogenitura cet. minor dubitatio erat, quorum proinde curatiore disquiſitione tanto magis hic ſuperſedere poteramus.

§. 62.

Iam ſi omnia hactenus dicta in vnum colligas, clariſſimum ſane eſt, qualemcumque ſuccedendi modum, qui hodieque in familiis illuſtribus obſeruatur, vniuerſe non deriuari poſſe ex Romani iuris in Germaniam inuecta auctoritate, ſed ſolum ex propriis familiarum illuſtrium inſtitutis, quae aut priſtino perantiquo e more conſeruarunt, aut nouiore etiam aeuo ſuis ex rationibus in ſtatu Germaniae publico fundatis introduxerunt; vtroque caſu nullo reuera iuris Romani nec cuiuscumque alterius peregrini iuris reſpectu habito, ſed re ipſa toto coelo ab omni peregrino iure diuerſa. nec vllus alius iuri Rom. conuenit.

§. 63.

Vix autem ſua natura abſurdius cogitari quidquam poteſt, quam inſtituta iuri cuidam plane incognita, immo aliena ab eius ſcitis, iisque contraria prorſus, nihilominus ex iure tali diiudicare. Nec profecto vel minima iuris ſpecie obtrudi poteſt Germanis in genere, ne dicam familiis illuſtribus ius qualecumque peregrinum, quam- Hinc nec quadrant hic Romana,

 diu

Digitized by Google

diu propriis e fontibus ſua iura haurire poſſunt, quandoquidem, niſi hisce ſaluis, reapſe nulla iure meritoque ſtatui poteſt iuris peregrini quantumuis recepti auctoritas.

* Non quidem diſſimulamus, cum Leysero in *medit. ad pand.* ſpec. 29. med. 5. vol. 1. pag. 299, "*in errore verſari, qui exiſtimant, mores Germanicos, ſi in quadam circumſtantia a moribus Romanorum recedant, totius negotii naturam adeo mutare, vt iam nihil ex legibus Romanis adplicari poſſit.*" Quin potius in Germanicis etiam negotiis largimur admitti poſſe Romanas leges, ſi vel principia iuris naturalis continent, et cum recta ratione euidenter conueniunt, quae eſt ſententia Chriſt. Io. Conr. Engelbrecht in progr. *de vtilitate atque neceſſitate ſtudii iuris Germ.* §. 8. vel ſi quoque aliis legitimis ex rationibus ita comparatae ſunt, vt nihil impediat, quo minus quadrent noſtris negotiis, quam ſententiam profitetur illuſtr. Dau. Ge. Strvbe in den Nebenſtunden tom. 5. p. 31. ſq. Enimuero, vti ipſe Leyservs alio loco (ſpec. 41. med 5 p. 423), vbi ſtrenue, ſed iuſto, niſi fallimur, generalius, defendit, *deciſionem dubiorum in pactis, quae principes imperii inuicem ineunt, occurrentium ex iure communi, i. e. canonico, Romano et Longobardico, deſumendam eſſe*, in fine fatetur tamen: *tum, quum leges vel conſuetudines per vniuerſam Germaniam receptae iuri Romano aduerſantur; illas in deciſione controuerſiarum illuſtrium praeferri debere;* ita certe in argumento ſucceſſionis, vbi tot tantaeque ſunt differentiae rationes, quae patria et peregrina iura ſibi plane aduerſari docent, multo, quam in vlla alia re, iniquius foret, familiis illuſtribus, quibus libera autonomia negari nequit, inuitis obtrudere peregrina, quamdiu ſponte a domeſticis fontibus eas haud receſſiſſe conſtat.

§. 64.

§. 64.

At quinam, inquies, ſunt ii *fontes, e quibus hauriri poſſint patria*, quae hic quaerimus, *iura*, quae quidem iuſto legum corpore reperiuntur nusquam, quaeque an exſiſtant, proinde ſubdubitandum videtur? Cui vt recte ſatisfiat dubitationi, patienter modo in atriis verſeris, prius-quam ad rem ipſam pateat aditus, praemonendus es. ſed domeſticis ſolum e fontibus hauriendum,

§. 65.

Nimirum eadem ratione, qua facile largieris, nec iuris Romani ſacris quempiam recte initiari poſſe, niſi hiſtorica aeque ac politica rerum Romanarum notitia, quantum ſatis eſt, prius imbutus ſit, quaeſo, eadem aequitate ſtatum Germaniae publicum, et in primis, de qua hic agimus, familiarum illuſtrium conditionem ex ipſis rerum argumentis earumque viciſſitudinibus penitius ante inſpicias, quam ad ipſos fontes, quibus immediate vtendum, te accingas. et quidem ſuppoſita prius ſtatus publici Germ. notitia,

§. 66.

Difficultatem fateberis intelligendarum plerarumque legum Romanarum, ſi ſoli litterae inhaerere, ac grauiſſimo iuris interpretis munere illotis manibus fungi volueris. perinde ac in iure Rom. notitia reip. Roma-

Digitized by Google

nae o- pus; ris. Profecto non minorem deprehendes difficultatem intelligendi vel vnicum patrio more conditum illuſtris familiae pactum, ſi requiſita rerum praeſciendarum notitia haud prius inſtructus fueris. Sique ridiculum tibi quando fuit, ineptam gloſſatoris interpretationem legis Romanae legere, qui iuſtis iſtis praeſidiis deſtitutus verba, non mentem legis captauit; crede, quaeſo, non minus mereri riſum, ſi quis domeſticis pactis alienum plane a mente paciſcentium ſenſum intorquet, tantum, quia rationem ſtatutorum haud intelligit, et, quod magis eſt, quia Romana videre optat, putat, ſomniatur, et inuita Minerua videre vult, vbi de iis nec cogitatum vmquam fuerat. Nunc autem mirari deſine, ſi hoc tam frequenter factum animaduertes, quum Germanicarum rerum ſcientiam tam diu premeret fuſca obſcuritas, et neglectum prae Romanis deliciis ſtudium.

§. 67.

ſicque praeſidiis hiſtoricis praemiſſ., Enimuero dignare modo patrias quoque res tua, quae, ſpondeo, non te pigebit, opera. Repete rerum Germanicarum viciſſitudines ab earum origine inde. Indaga rationes iurium, quae maiores noſtros de rebus ſuis ſic ſtatuere mouerunt. Compara leges cuiusque aeui, quotquot ſuperſunt,

ſunt, et quotquot in promtu tibi ſunt, diplomata, pacta, teſtamenta, inueſtiturae litteras, et quae ſunt alia medii nouiorisque aeui documenta. Comtemplare, quem miraberis, harum rerum concentum. Arceſſe denique, quoad fieri poteſt, ſimplicitatem naturae, et cuiusque rei propriis e circumſtantiis colligendam indolem. Fateberis, praeuideo, aequitatem, ſoliditatem, iuſtitiam patriorum, quae maioribus placuerunt, inſtitutorum; ſepoſita hic omni iuris peregrini auiditate, licet ſuo loco et huic ſuum honorem tribueris, meliore nunc ſucceſſu, dum in alienam meſſem haud ingeri iſtam falcem amplius patieris.

§. 68.

His demum praeſidiis inſtructo en tibi nunc, quem adeundum commendamus, iuris huius domeſtici fontem. Legem ecce cuiuslibet familiae illuſtris ſpecialem, legumue, quotquot vnius familiae adſunt, ſeriem. Hanc volue, lege, perlege, remota omni exoticarum rerum idea. Nunc profecto obſcuram, ambiguam, incertam deprehendes nullam; multo minus vmquam tibi nunc in mentem veniet haurire interpretationem rerum domeſticarum ex peregrinis fontibus qualibuscumque.

aliis oculis cernentur leges familiarum illuſtrium.

§. 69.

§. 69.

Sic porro analogia iuris patrii liquet;

Ex ipſo potius concentu legum domeſticarum, eoque comparato cum earum rationibus et cum natura rei, generalis quaedam ſe ſua quaſi ſponte offert *analogia iuris patrii* in hiſce argumentis, quae et theoretice ad formandam generalem huius rei doctrinam, et practice ad inſtituendam iuſtam pactorum aliorumue ſtatutorum ſingularium interpretationem longe maximam praebet vtilitatem. Id quod vel vnico iuris primogeniturae et quod vocant apanagii exemplo doceri fuſius poſſet, ſi huius loci eſſet, excurrere tam ample ad materias eiusmodi ſpeciales.

* I. Vnicum modo eumque haud nullius momenti teſtem conſentientem proferre liceat, LVDOLFVM puta *de iure fem. illuſtr.* P. 2. cap. 1. §. 18. p. 74. n. 12. "*Quod de interpretatione iuris ſiue ſtatutorum dictum*, *ita* (inquit) *intelligo*, *vt*, *ſi ex negotii natura poſſit deſumi interpretatio*, *facienda ſit poſthabito iure communi. Idque maxime rationi conuenit; nam ſi permiſſum eſt pacta facere*, *ſi ex conſenſu naſcitur obligatio*, *volunt etiam iura*, *vt interpretatio ex intentione paciſcentium veroſimili fiat. Sed*, *ſi de mente contrahentium conſtare nequeat*, *nihil vetat*, *vt in interpretando ad normam iuris communis non quidem Romani*, *ſed patrii*, *quo familiae illuſtres vtuntur*, *recurramus*."

* II. Perquam ſolidum ſane ratiocinium eſt, quo vſi ICti Halenſes fuerunt in conſilio; quod adiunxit idem DE LVDOLF tractatui *de iure primog.*

mog. adpend. vlt. p. 55. ſq , vbi primam hanc rationem decidendi controuerſiam de iure primogeniturae propoſitam ante omnia praeſtruunt: Dieweil wir von dieſer Sache im Röm. Reiche keine beſondere Satzung haben, folglich alles auf vernünftige Gründe, die ex indole reipublicae genommen, ankömmt ꝛc. ꝛc.

* III. Labor forſan haud inutilis foret, ſi quis ad inueſtigandam eo plenius patriorum morum analogiam hoc praeparare vellet, vt e locupletiſſimo, quo iam vtimur, diplomatum tot voluminibus collectorum adparatu ante omnia indicem chronologicum pactorum, teſtamentorum aliorumue ſtatutorum familiarum illuſtrium conſtrueret. Quo facto ſi quis porro iuſtis praeſidiis inſtructus eodem ordine chronologico ſingulas eiusmodi familiarum leges, qua decet, circumſpectione perueſtigaret, vix deſperandum foret, quin multo maiore cum luce adparitura ſit analogia patrii iuris, multoque maior in iis certitudo, quae adhucdum non ſine diſcrimine familiarum illuſtrium dubitantur ac diſputantur.

* IV. *Duplex* modo *cautio* adhuc commendanda hac in re videtur: *vna*, vt ab eo, quod plerumque fit, non ſimpliciter ducatur conſequentia, niſi ſimul ex natura rei colligi poſſit, non ſi ex ſola diſpoſitione ſingulari quid obtinet, veluti ſiquis ex introducta in plurimis familiis illuſtribus primogenitura hanc omnino vniuerſalem colligere vellet; *altera*, vt viciſſim, quae ex pactis obtinent, ideo non ordinario iure valere, non ſtatim contendatur, quoniam permulta inter illuſtres quoque pactis definiri ſolent, quae iam ordinario iure obtinere deberent, veluti quod exemplo renunciationum feminarum illuſtrium doceri poteſt. Poſterius hoc iam obſeruauit LVDOLF *de iure fem. ill.* P. 2. cap. 1. §. 17. p. 72., vti prius NEVMANNVS in *iur. priu. princ.* tom.

5.

Digitized by Google

5. p. 119. Inter vtrumque ſi pro circumſtantiarum ratione via media tenetur, non facile in deuia ruet analogia, quam hic commendamus, iuris patrii.

§. 70.

et de obſeruantia familiarum ill. magis conſtat.

Hac autem analogia ſemel poſita, eiusque legitima ſcientia ſi quis imbutus eſt; etiam tunc, ſi vel maxime lex familiae expreſſa haud in promtu ſit, vix vmquam deerit alter aeque ſolidus fons iurium in Germania in primis multoque magis inter illuſtres familias quam vspiam alibi vſitatus, *obſeruantia* nempe familiarum illuſtrium, vi cuius ex factis illarum tacitus colligitur conſenſus in iis, in quibus expreſſae earum leges deficiunt.

§. 71.

Obſeruantia autem vim legis habet,

Quam quidem obſeruantiam generatim *eadem vi* pollere, *qua* valent *expreſſae familiarum leges*, nec deditiſſimi iuri Romano negant. Nec reuera, vbi adeſt obſeruantia, ad firmandam illam analogia, quam commendauimus, opus eſt. Enimuero niſi quis analogiae huius ſcientia inſtructus ſit, vix animaduertet talia facta, e quibus harum rerum gnarus obſeruantiam analogiae moris patrii conuenientem ſubito enucleabit. Et praeterea neſcio, quem in probanda tali obſeruantia rigorem requirunt, qui legum Romanarum de conſue-

ſuetudine probanda ſanctiones hic prae oculis habent, omnemque obſeruantiam a Romano ceu communi iure deuiam tamquam anomali quid, vix clariſſimis rerum documentis credendum, conſiderant.

§. 72.

Contra haec cauendum eſt primo loco, ne quis iuſto ampliore ſenſu *ius commune* hic ſolum ius Romanum intelligat, eo nempe ſenſu, quo iuris communis dicitur id eſſe, quod regulam conſtituit, a quo quidquid recedit, ad exceptionem referri ſolet, ita vt pro illa potius, quam hac, in caſu dubio interpretatio ſit inſtituenda. Hoc enim ſenſu omnino negamus ac pernegamus, familiis illuſtribus in argumento ſucceſſionis ius Romanum eſſe ius commune, ſed id potius hoc nomine dignum remur, quod inter illuſtres familias ex propriis domeſticis rationibus conuenire conſtat, alienum plane a Romano iure, analogiam nempe in ſuperioribus traditam, vi cuius aut primogenitura aut diuiſio potiſſimum in familiis illis obſeruatur, et in vtraque concentus legum patriarum conſpicuus eſt, cui plane ne quadrant quidem Romana.

eaque, licet contraria iuri Rom., quod hic non eſt ius commune,

* Relege, ſi placet, perquam ſolidum, quod ſupra (§. 69. I.) retulimus, LVDOLFI ratiocinium, quod et hic egregie quadrat.

§. 73.

non recte reſtringitur,

Quantumuis itaque conſuetudini a iure communi Romano recedenti in eodem hoc iure rigidior probatio haud inique praeſcribatur; longe iniquiſſimus tamen foret idem rigor, ſi quis *in probanda obſeruantia* tantum ideo eum adhibere vellet, quia haec aeque a iure Romano recederet. Hoc enim reuera hic non eſt ius commune. Quumque de obſeruantia hic ſermo ſit, conformi cum eo ſucceſſionis iure, quod inter familias illuſtres commune eſt; potius eadem illi praeſumtio ſuccurrit, quae omni alteri iuri, quod regulae iuris communis conuenit, non repugnat.

§. 74.

nec cum conſuetudine omnino eadem eſt,

Deinde neſcio, an obſeruantia, quam hic tractamus, omnino recte comparetur *conſuetudini*, qualis iure Romano ſupponitur, cui omnis vis in conſenſu legislatoris tacito tribuitur, isque colligendus habetur ex iis, quae leges ciuiles ea mente praeſcripſerunt, veluti ex multitudine actuum, eorumque conformium, et quae ſunt reliqua. Hic autem verſamur in re, quae vix expreſſam legislationem ſuperioris patitur, ſed quae ex priſtina familiarum illuſtrium libertate, aut ſi mauis, autonomia

Digitized by Google

mia libere in quauis familia pro ſua cuiusque conditione ſtatuuntur.

§. 75.

Quae quum ita ſint, hic non tam quaeſtio eſt de conſenſu legislatoris aut ſupremi imperantis ſeu expreſſo, ſeu tacito, quam de conſenſu ipſius cuiusque familiae, in qua de ſucceſſione agitur. Hicce conſenſus autem quum omni et naturali et poſitiuo iure tacitus non minus, quam expreſſus eſſe poſſit; ecquis dubitet, eamdem vim, quam pactum aliudue ſtatutum familiae expreſſum habet, etiam tunc adeſſe, ſi de *conſenſu tacito* eorum, quorum intereſt, quomodo demum cumque conſtiterit? ſed tacito cuiusque familiae conſenſu nititur;

* Idem hoc iam acute perſpexit Gottl. Gerh. TITIVS in *ſpecim. iur. publ.* lib. 4. c. 4. §. 23. p. 430, et in diſſ. *de ſucceſſione in Germ territoria* §. 40, vbi conſuetudinem, qua ius primogeniturae introduci poſſit, non tam legem non ſcriptam, quam potius pactum tacitum eſſe, idque ex ſilentio, ac omiſſa vel deſerta contradictione eorum, quorum intereſt, colligi poſſe arbitratur. Cui nec multum repoſuit LVDOLF. *de iure primog.* part. ſpec. §. 15 n. 5. p. 82. Comparari quoque meretur NEVMANN. in *iur. priu. princ.* tom. 1. tit. 3. §. 20. p. 80.

§. 76.

Tacitus igitur ipſius familiae illuſtris conſenſus eius obſeruantiam efficit. Isque de quo, ſuppoſi-

 qui-

ta analogia, facilius conſtat,

quidem generatim haud ſine difficultate e factis omni cum certitudine erui poteſt. Attamen hoc in argumento ſi conſideres, primum plerasque tantum non omnes familias eiusdem ordinis in eo conuenire, vt e. gr. mares excluſis feminis ſuccedant, vt hae renuncient, vt ceterum aut diuiſio aut primogenitura, et in vtroque caſu hoc vel illud ius ſpeciale obtineat, cet., et ſi deprehendas nunc vnam alteramue familiam, quae quidem expreſſis pactis ſtatutisue ea omnia nondum ſanxiſſet, ſed quae nec quidquam, ex quo contraria mens colligi poſſet, commiſit, verum potius data occaſione vnum alterumue exemplum praebet, quod imitandi reliquas familias mentem ſat claram prodit; quaeſo nonne euidentior, quam in vlla forſan alia re, hic *probatio conſenſus taciti* aderit?

§. 77.

cuiusque probatio proinde facilior eſt.

Quidni ideo iuſtitia et aequitate duce ſtatueremus, ſufficere ad probandam obſeruantiam familiae illuſtris, quod ad modum in ea ſuccedendi attinet, ſi modo doceatur e ſingulis, quotquot contigiſſe conſtat, caſibus, nihil vmquam factum ſeu admiſſum fuiſſe, quod mentem a more reliquarum familiarum illuſtrium ſeu a iure, quod hoc reſpectu commune eſt, rece-

cedendi prodat? Quanto magis autem indubitata iure meritoque ſtatuetur obſeruantia, ſi facta eiusmodi vel enixam ſic, nec aliter, ſuccedendi voluntatem attento rerum ſcrutatori ſe offerunt, ſi vel conſpirant ea omnia, quotquot a pluribus ſeculis inde memoriae tradita ſunt, et ſi plane vel contradictione interpoſita firmatus tamen vnus idemque ſuccedendi modus fuit; ne dicam, ſi eadem, quae in conſuetudine probanda requiritur, probatio dubitanti offerri poteſt.

§. 78.

Sic demum firma, ſperamus, ſtabit recteque intelligetur ſententia: in familiis Germaniae illuſtribus qualescumque ſucceſſionis controuerſias *ante omnia* earum *ex pactis aliisue legibus ſpecialibus*, *harumque in defectu* ex ſua cuiusque *obſeruantia* decidendas eſſe, *nec vel* ad interpretandas illas, vel ad diiudicandam hanc vmquam *ius Romanum aliudue ius peregrinum ceu ius commune* adhiberi poſſe, ſed hoc nomine *potius ad analogiam* iuris proprii familiarum illuſtrium ex concentu iurium, quibus vtuntur, recurrendum eſſe; adeo vt merito exſul hic ſtatuatur qualecumque ius peregrinum, quam diu vel vllo modo patrii fontes adiri poſſunt. Nunc demum liquent normae decidendi ſucceſſionem illustr. controu.

§. 79.

§. 79.

quae raro e iure peregrino repetendae,

Tunc autem fieri e contrario poteſt, vt patria iura ad decidendas ſucceſſionis in illuſtribus familiis controuerſias haud ſufficiant, ſed peregrina potius adhiberi debeant, ſi quando manifeſtum eſt, familiam quamdam citra omnia haec, quae hactenus expoſuimus, peregrinum quoddam ius ſecutam fuiſſe. Quo quippe caſu peregrini iuris inſtitutum, cui ſe ſua ſponte adcommodauit talis familia, non magis ex patrio, quam domeſticum inſtitutum ex peregrino iure aeſtimari poteſt.

§. 80.

in primis in ipſis rerum argumentis,

In ipſis vero rerum argumentis certe rara haec in illuſtribus familiis exempla ſunt, vt reuera e. g. iuris Romani ſanctionibus de ſucceſſione ex beneficio vltimi defuncti, de legitima tamquam vere triente aut ſemiſſe ipſius portionis ab inteſtato debitae quibuscumque liberis relinquenda, de promiſcua marium feminarumque ſucceſſione, de indiſtincta graduum praerogatiua inter collaterales obſeruanda, & quae ſunt reliqua, ſe adcommodaſſent. Quod ſi nihilo ſecius in vno aut altero caſu acciderit, tunc admittenda quidem eſt iuris Romani diſpoſitio, ſed haec vnica tamen porro cum cautione adhibenda, niſi qua

Digitized by Google

qua nomen ſolum, non rem adoptauerint familiae ſeu potius interpretes iurium, qui a conſiliis iis fuerunt, quorum nempe pleriſque nihil antiquius fuit, quam vt nominibus ad minimum Romanis vterentur, ſi vel maxime domeſtica res eſſet, in qua verſabantur.

§. 81.

Si quando itaque fideicommiſſi, legitimae, inſtitutionis titulo honorabili factae, aliarumue Romanarum rerum in pactis legibusue familiarum illuſtrium mentio fit, veluti quod in primis in iis contingit, quae ab aeuo Romanizantis iurisprudentiae inde ortum ducunt; tunc caue ſemper exiſtimes ipſam rem reuera Romanam adeſſe. Haec enim ne ICtis quidem iſtarum rerum auctoribus, ne dicam ipſis familiis illuſtribus in mentem vmquam venerunt, quum potius & contextus integrarum eiusmodi legum, & euentus atque obſeruantia adhuc vsque doceat, vel ſexcenties Romanis nominibus velata eſſe Germanica inſtituta, quae nihilominus reapſe Germanica manſerunt, Romanique nihil niſi nomen adoptarunt. quum a nomine ad rem non valeat conſequentia.

* I. Vt vno ſaltem alteroue exemplo, quae modo diximus, illuſtremus, omnino negari nequit, eſſe, e. g. in quarum pactis praeſertim ſucceſſio collateralium ſecundum graduum praerogatiuam

tiuam clare ſancita eſt, illuſtres familias, veluti quae occurrit in teſtamentis *comitum Palatinorum Rheni* IOANNIS I. lineae Bipontinae anno 1594., & PHILIPPI LVDOVICI lineae Neoburgicae a. 1604. conditis, clauſula: *ſalua gradus praerogatiua*, (Moſers Staatsr. tom. 13. p. 52. §. 37. p. 54. §. 40.), & quae clarior eſt diſpoſitio in *familiae Saxonicae* linea Erneſtina im Altenburgiſchen Hauptvertrag 1672. §. Gleichwie nun ꝛc. — — : daß die Primogenitur allewege nach dem würklichen Alter — — —, nicht aber nach den Linien noch Repräſentation noch fictione iuris gerechnet und geachtet, auch die ſucceſſiones in linea collaterali, auſſer dem Fall concurrirender Brüder und Bruders-Kinder, nach Ausweis der Erbverbrüderung und Kayſerlicher gemeinen Rechte in allen Fällen nach Nähe des gradus und der Sippzahl geſchehen ſollen ꝛc. (teſte LVDOLF. *de iure primog.* ſub fin. praefat.). In vtroque igitur hoc caſu certe nihil iniquius foret, quam ſi vllo alio, quam Romano iure, quod hic manifeſte ſequuntur paciſcentes, in interpretatione et adplicatione iſtorum pactorum vti quis vellet.

* II. Sed nec nomine Romano ſtatim rem Romanam reuera inuectam eſſe, in primis exemplo primogeniturae in familiis illuſtribus introductae doceri poteſt. Ex ea enim per ſe intelligitur, poſtgenitos in partem ipſius territorii non venire, adeoque reapſe nullo modo hic quadrare poſſe legitimam ceu partem ipſius portionis ab inteſtato debitae. Nec certe, ſi modo ſemel licebat introducere ius primogeniturae, id quod tum pro autonomia familiarum illuſtrium, tum pro ſalute publica ipſorum territoriorum non poterat non licere, legitima priuatis praeſcripta hic magis neceſſaria haberi poterat, quam intuitu feminarum atque clericorum, dummodo de alimentis pro dignitate familiae proſpiceretur, quod primi primogeniturae Germanicae auctores ſub nomine *deputati* haud

haud omittere ſolebant. Enimuero hic mox iudices, mox interpretes, mox nouos pactorum auctores vnanimi ore legitimam nihilominus in medium proferre, noli mirari. Sed quid inde? An ipſam ideo rem? An calculum ſemiſſis trientiſue obſeruabis? Neutiquam ſane! Sed vel nomine ſolum Romano laetamur. Rem ipſam vix & ne vix quidem quadrare, ſat ingenue confitemur. En ipſa rerum teſtimonia, vnicum nempe exemplum concluſi imperialis aulici: "Sabbathi 9. Ian. 1683. Sachſen-Eiſenach in puncto confirmationis iuris primogeniturae. *Abſoluitur relatio & concluſum*, incluſo memoriali, fiat commiſſio auf Herrn Albrechten, Herzogen zu Sachſen-Coburg, und Herrn Heinrich, Herzogen zu Sachſen-Römhild, mit dem Bedeuten, daß ſie über die minderjährige Fürſten, Herrn Johann Georgen und Herrn Johann Wilhelm, Herzogen zu Sachſen-Eiſenach, das curatorium ad negotium primogeniturae und aſſiſtentiae übernehmen, in puncto iuris primogeniturae von ihnen einen zu Recht beſtändigen Conſens produciren, und Ihro Kayſerliche Majeſtät fürderlichſt berichten wollten, ob ſie ſub iuramento (welches Dero Anwald eorum nomine abzuſtatten hat,) dafür hielten, daß die ihme von Eiſenach aus communicirende Primogenitur den beyden nachgebohrnen Fürſten unſchädlich ſeye, dergeſtalt, daß ſie an ihrer legitima, Unterhalt und Gerechtſame nicht zu viel verkürzet werden." LVDOLF. *de iure primog.* adpend. faſc. 2. p. 23. Vt taceamus plura, conferantur, ſi placet, TIRAQVELL. *de iure primog.* quaeſt. 6. ſq., GAIL. lib. 2. *obſ.* 122., BETSIVS *de pact. fam. ill.* cap. 8. §. 14. p. 242. ſq.

§. 82.

§. 82.

Ad ſummum quoad formam ſubinde quadrat ius Rom.

Subdubitamus fere, nonne & *in forma* ipſarum legum familiis ſcriptarum externa, veluti teſtamenti e. g., nomen magis quam rem ante oculos habuerint ICti, quibus, vt conderent iſtas leges, commiſſum fuerat; quapropter & ſubdubitari poſſet, an aequum ſit, formam iſtam ex omni iuris Romani rigore diiudicare. Interea fieri omnino poteſt, vt quis in re ipſa inſtituta ſequatur mere domeſtica, & in forma nihilominus imitetur Romana. Et ſi quando indubitatum hoc eſt, tunc & formam quidem e. g. teſtamenti requiſitorum inquiſitioni ſecundum ius Romanum ſubiiciendam, rem ipſam autem ex norma domeſtica aeſtimandam eſſe, ſtatuimus; modo ipſi rei, veluti quod ſub praetextu ſollemnitatis, quam vocant, internae deficientis contingere poſſet, nihil inferatur praeiudicii.

* Comparari hic in primis meretur Io. Ad. Kopp *de teſtamentis Germanorum* §. 14. ſq. p. 179. ſq. praeter ea, quae ceterum pro iure Romano hic disputant Lvdolf. *de iure fem. ill.* P. 2. cap. 1. §. 4. p. 49. ibique allegati Lynker *de libert. ſtat.* ſect. 3. memb. 2. §. 4, Itter *de feud. imp.* cap. 16. §. 8., Eyben *de teſtam. princ.* §. 18.

18. ſq., vti contra auctoritatem iuris Romani hic admittendam Lud. SCHRADER *de feudis* P. 10. ſect. 1. n. 36., TITIVS in *ſpecim. iur. publ.* lib. 4. cap. 4. §. 44. p. 436, & praeſertim quoque NEVMANNVS in *iure priv. princ.* tom. 5. ſect. 4. §. 639. ſq. p. 441. ſq.

§. 83.

Vnica denique haud nullius momenti quaeſtio ſupereſt, an et quatenus ea, quae ſolum *ex erronea ICtorum opinione* in ſtatuta vel obſeruantiam familiarum illuſtrium irrepſiſſe hodie magis in lucem poſitis hisce rebus conſtat, hodierno iure attendenda ſint? Qua quidem in re ſi quid originetenus erronea ſententia nixum, perſpicue tamen lege vel obſeruantia probatum fuerit, neutram iſto ex capite impugnandam opinamur. Quam diu autem vis legis aut obſeruantiae in ſingula quauis familia errori nondum acceſſit; iniquiſſimum foret, eo ex capite familiae cuidam ius aliquod obtrudere, quod communis haec ICtorum (ſed non legislatorum,) opinio (ſed erronea,) fuerit (ſed non amplius ſit), ſi vel maxime centum, quae vocant, praeiudicia generatim ex tali opinione olim profluxiſſe negari non potuerit, qui-

Nec enim erronea ICtorum opinio ius efficit.

Digitized by Google

quibus tamen omnibus non magis, quam ipſis ICtorum erroribus ius efficitur.

* Hoc itaque reſpectu, "*quod non ratione introductum, ſed errore primum, deinde conſuetudine obtentum eſt, in aliis ſimilibus non obtinet*, L. 39. D. *de legib.* Priore reſpectu *error ius facit*, L. 3. in f. D. *de ſupellect. legata*.

ERRATA

pag. 215 lin. 10 alienum lege aliena.

Digitized by Google

[illegible] ogle

oogle

Digitized by Google